

BIBLIOTECA  
Centrală a „Astrei”  
SIBIU

289530

teca  
Sibiu

505

12

Om / 1.02

13

*G. Basit...*

M. SIMONIS DE KEZA  
PRESBYTERI HVNGARI SCRIPTORIS

SAECVLI XIII.

# CHRONICON HVNGARICVM,

QVOD

EX CODICE MEMBRANACEO  
NVNC PRIMVM ET AD FIDEM APOGRAPHI  
VINDOBONENSIS ET BVDENSIS CHRONICI  
SPARSIS QVIBVSDAM NOTIS AC VARIAN-  
TIBVS LECTIONIBVS EXCITAT

ALEXIVS HORÁNYI,

HVNGARVS BVDENSIS DE CC. RR. SCHOLARVM  
PIARVM,

AA.LL. ET PHIL. DOCT. ET HIST. PROF.

SOCIETATVM HASSO-HOMBV RG. ET REGIAE  
SVECICAE AC ELECTORALIS BOICAE  
MEMBRVM HONORARIVM.



BVD A E,

TYPIS CATHARINAE LANDERER VIDVAE.

351860  
4640A





1981

01

1928

289530



1971



*EDITOR LECTORI SALVTEM!*

**I**nter ea, quae firmam Rempublicam, murosque pacis & tranquillitatis constituunt praesidia, non postremo loco censere debemus eam animi culturam, quae a litteris profecta suavissime se se hominibus insinuat, ex agrestibus ac ferocientibus mites reddit, ac liberales. Has inter insignem, ne dicam principem sibi vindicat locum Historia, quae dum varias atque illaetabiles longe a nobis remotorum temporum vicissitudines oculis quasi conspiciendas exhibet, nos tacita quadam luculentaque vi docet, ac propemodum manuducit, ut Regnorum ortum, incrementa, atque occasum mente adsequuti, & cogitatione comprehendentes, imminens malum a cervicibus nostris propulsare; parta tueri ad

\* 2

con-



confirmare, nosque securos ac felices reddere discamus. In hanc profecto sententiam omnes ii mecum abibunt, quae variarum nationum monumenta euoluerint, & nocturna diurnaue manu versauerint. Utinam quam plurimi eorum, qui rem praeclare legendo & meditando didicerint, in suam, suorumque, cum tempus adest, utilitatem deriuare & sciant, & velint, ut hoc pacto renitentes non tam verbis moueant & alliciant, quam exemplis trahant atque expugnent. Sed ne videar longius excurrere, id solum indicabo, me ab in eunte aetate praecipuas vitae meae rationes eo retulisse, ut, quae ad patriae ornamentum conferre quoquo modo viderentur, mea quasi facerem, & in publicam lucem proferrem. Atque ideo causam Hungariae ciuibus pergratam me agere putavi, si mole quidem tenuibus, se rerum amplitudine insignibus Simonis de Keza caractere



120,



gothico in membrana, manu exaratis  
 Chronicis (a) typorum beneficio vi-  
 tam accenderem, quae Religiosissimus,  
 ac doctissimus Prouinciae Pater Euge-  
 nius Kofa Ord. S. Francisci obscuro quo-  
 dam Hungariae angulo delitescens, &  
 insignem vetustatem praesentia e te-  
 nebris eruit, mihique vtpote Cultori  
 & Amico suo singulari humanitate ac  
 benevolentia prelo subiicienda commu-  
 nicauit. Codex hic in forma duodeci-  
 ma nouem & sexaginta columnis absol-  
 uitur, ac Scriptoris nomen, conditio-  
 nemque in fronte indicat, quam verbis  
 Celeberrimi ac Doctissimi Viri Adami  
 Francisci Kollarii Vindobonensis Biblio-  
 thecae Palatinae Praefecti depingam.  
 Ita ille in supplementis (b) postquam

\* 3

de

---

(a) De illis vide nostram Memoriam Hungarorum Partis II. p. 347. editam Viennae MDCCLXXVI. 8. m.

(b) Ad Petri Lambecii Commentariorum de Augusta Bibliotheca librum primum Vindobonae A. MDCCLXVI. in fol.



de Anonymo Belae Notario differuisset.  
 „ Hunc, inquit, Anonymum (a) po-  
 „ ne sequitur Magister Simon de Ke-  
 „ za, nemini adhuc, quod sciam, pro-  
 „ be cognitus. Eius nomine inscri-  
 „ ptum Chronicon quoddam Sambucus  
 „ olim a Pistoriensi Abbate in Italia  
 „ comparauerat; a cuius morte cum  
 „ reliquis vna selectissimis illius codici-  
 „ bus Aug. Bibliothecae catalogo fuit  
 „ inscriptum. Est autem exaratum in  
 „ charta, saeculo, nisi fallor, quarto  
 „ decimo exitui vicino. Desinit in co-  
 „ ronatione Regis Ludouici I. id est  
 „ in anno MCCCXLII. Alterum eius-  
 „ dem Kezae Chronici exemplar in  
 „ membranis exaratum possidet Cel-  
 „ sissimus Princeps Eszterhazius in Bi-  
 „ bliotheca Kismartonensi olim repo-  
 „ situm, cuius apographum ex ditissi-  
 „ ma penu Heuenesiana communicauit  
 „ me-

---

(a) Colum 688. & sequentibus.

„ mecum Cl. Prayus e S. I. Annalium  
 „ Regni Hungariae diligens & eruditus  
 „ Scriptor. Definit in rebus a La-  
 „ dislao IV. & in Cumanis adeo me-  
 „ morabili clade fugatis. Initium pro-  
 „ oemii, quod Keza Chronico suo  
 „ praefixit est hoc: *Inuictissimo & po-*  
 „ *tentissimo Domino Ladislao III. glo-*  
 „ *riosissimo Regi Hungariae Magister*  
 „ *Simon de Keza fidelis Clericus eius*  
 „ *ad illum adspirare, cuius pulcritudi-*  
 „ *nem mirantur Sol & Luna &c.* Vn-  
 „ de Auctoris nomen, & quod profi-  
 „ tebatur institutum vitae licet discere.  
 „ Natione autem fuisse Hungarum  
 „ non obscuris ipfemet indiciis prodi-  
 „ dit, cum fol. 22. p. 2. scriberet:  
 „ *nostra autem lingua Vezpthenempti*  
 „ ( pro quo Chronicon Budense ha-  
 „ bet, *vezet Nemet* ) nominatur ob  
 „ foetorem mortuorum, scilicet Teu-  
 „ tonum, qui Imperatore Henrico,  
 „ Regem Petrum in Hungariam re-



„ ducere studente , commissa cum  
 „ Rege Samuele sine Aba pugna ini-  
 „ quiore fortuna sunt vsi. Rex au-  
 „ tem cuius honori Keza opus suum  
 „ consecratum esse voluit, sine contro-  
 „ uersia Ladislaus est, qui vulgo La-  
 „ dislaus IV. & Cumanus audit, qui-  
 „ que desit viuere A. C. MCCXC.  
 „ nam is quidem olim non quartus,  
 „ sed tertius adpellabatur, cuius mo-  
 „ ris testes possideo litteras Capituli  
 „ Strigoniensis A. MCCLXXXII. d. 20  
 „ Iulii exaratas. Idem Rex Ladislaus  
 „ III. vocatur in percelebri oratione  
 „ ad status Regni pro electione Caro-  
 „ li Roberti habita, quae male etiam  
 „ Augustino Episcopo Zagrabiensi tri-  
 „ buebatur, & cuius Auctor idem est,  
 „ qui Historiae vitae eiusdem Episco-  
 „ pi, vt non infeliciter nuper docuit  
 „ Vir eruditus, & mihi plane non  
 „ ignotus. Verum adpellationis huius  
 „ causam esse arbitror, quod nimi-  
 „ rum



„ rum Ladislaus Emerici filius , in te-  
 „ nera admodum aetate patris morte  
 „ relictus, eidemque paucis solum men-  
 „ sibus superstes , Regibus Hungariae  
 „ non connumeraretur : nam a Wer-  
 „ bötzio etiam inter illos relatus est ,  
 „ quorum litterae in irritum transiere.)  
 „ Porro exemplaria haec duo , de qui-  
 „ bus hic ago , Kezae Chronici, ad  
 „ eum prorsus modum dissimilia sunt,  
 „ vt praeter rerum primam feriem ,  
 „ reliquis argumentis fere omnibus in-  
 „ ter se mirum quantum discrepent.  
 „ Caesareum sane certe multo copio-  
 „ sius est , & quod iam modo monui,  
 „ ad coronationem vsque Ludouici I.  
 „ deductum, quibus rationibus facile  
 „ induco animum, vt credam Eszter-  
 „ kazianum exemplar genuinum omni-  
 „ no Simonis de Keza opus esse, cui  
 „ quidem origines suas hocce exem-  
 „ plar Caesareum debeat : vtpote ab  
 „ ignoto adhuc mihi Scriptore, qui

„ tamen sub Carolo I. aetatem egerit,  
„ recensitum, auctum & longius paullo  
„ productum, in scripto Kezae nomi-  
„ ne, eiusdemque seruato prologo, in  
„ lucem editum. Porro autem exem-  
„ plaris huius Caesarei simillimum fuit  
„ illud, ex quo typis in scriptum est  
„ Chronicon, quod eruditis nostris Bu-  
„ dense audit. Lucem id adspexit  
„ Budae A. C. MCCCLXXIII. ope-  
„ ra Andreae Hefsi, Regis Matthiae  
„ Coruini Typographi: quippe cum is  
„ nouae artis suae, atque industriae  
„ specimen edere vellet, hocce Chro-  
„ nicon delegit, quod mole sua exi-  
„ guum esset, vtilitatem tamen maxi-  
„ mam, fructumque promitteret. At ve-  
„ ro Typographi huius opera eo potissi-  
„ mum probari minime potest, quod  
„ prologum siue epistolam Simonis de  
„ Keza, qua is opus suum Regi La-  
„ dislao IV. dedicauerat, refecerit,  
„ suamque pro illa typis ediderit, La-  
„ dislao



„ dislao cuidam Praeposito Ecclesiae  
 „ Budensis inscriptam : quam ob rem  
 „ etiam maiorem multo gratiam Hessus  
 „ a nobis erat initurus , si prologum  
 „ Kezae typis exscriptum edidisset ,  
 „ aut docuisset saltem breuibus , quis-  
 „ nam ille mortalium fuerit , qui Si-  
 „ monis Kezae Chronicon sub Rege  
 „ Carolo I. recensuerit , auxerit , &  
 „ ad suam vsque aetatem perduxerit.  
 „ Attamen Chronicon Hessi , siue Bu-  
 „ dense exemplo Kezae Caesareo paullo  
 „ prolixius est , vtpote ad tempora  
 „ Matthiae Coruini , per quae in la-  
 „ cem proferebatur , deductum ; &  
 „ praeterea certum mihi exploratumque  
 „ est , facturum esse pretium operae ,  
 „ qui nouam Chronici Budensis editio-  
 „ nem adornaturus , exemplum mfs.  
 „ Caesareum cum eo diligenter con-  
 „ ferret ; dissentiant enim in nonnullis  
 „ quibusdam , praesertim in partitioni-  
 „ bus , quas capita dicimus. Chroni-  
 „ con



„ con Kezae sub Carolo I. auctum, &  
 „ Budae, vt modo dixi typis vulga-  
 „ tum, continuo consequitur Anonymi  
 „ Chronicon illud, ob quod Turo-  
 „ cium Lambecius cum Belio plagii  
 „ crimine condemnauerunt. Ei Ano-  
 „ nymo proximus est Ioannes de Ki-  
 „ kellö, qui Regi Ludouico I. a se-  
 „ cretis fuit, & res ab eodem Rege  
 „ ad obitum vsque gestas, qui incidit  
 „ in Annum MCCCLXXXII. litteris  
 „ mandauit. „ Hucusque Illustr. Ad.  
 Franc. Kollarius de Simone Keza scite,  
 perspicue, ac eleganter. Iam, vt ex  
 animi mei sententia ego quoque ali-  
 qua depromam, quae ad illustrandum  
 Kezam pertinere censeo, cum laudato  
 Doctissimo Viro eundem Hungarum  
 esse adfirmo non solum ob rationem su-  
 periore loco allatam (a) verum etiam  
 ob

---

(a) Occurrunt enim aliae voces hungaricae  
 quas ille certe ad causam reddendam non  
 ad-

ob victorias, quas Hungari de variis nationibus retulerunt, magna *εὐαγγελία* descriptas, ac celebratas, quod profecto minime egisset, nisi Hungarico sanguine cretus, vitam accepisset. In Italia litteris enutritum iure optimo suspicamur, partim, quod iis temporibus plurimi e nostris terris in Latium studiorum gratia & inde ad nos commigraverint, partim, quod etiam Scriptor noster vocabulis Italo homini familiaribus veluti *scartabellis*, *traspaffato*, *gotterato* & pluribus (vt taceam idiotimos) similibus vtatur. Stili elegantiam in nostro Scriptore nemo desideraverit, cum eo tempore ad interitum vergentem Italiae & latinae linguae maiestatem vastitas, horror, & barbaries

o<sup>l</sup>-

---

adhibuisset in decursu operis, nisi hae ipsi a primis pueritiae annis adhaesissent, veluti *Barfunus*, *Werbulch*, *Szegzárd*, & plura similia, quae in notis meis explicata reperientur.



obfederit ; fed defectum terfae ac emendatae orationis apud cordatum Virum candor narrationis fupplebit iuxta Poëtae dictum :

*Ornari res ipfa negat, contenta doceri.*

Manuscriptum cum Chronico Budenfi, & alio apographo, in quo Tengnagelii & Sambuci manum agnofcere licuit, Auguftam Vindobonae Bibliothecam inuifentes contulimus, quod tamen etfi multis erroribus fcatus, & fenfu perturbatum in aliquot locis perutile deprehendimus. Hinc verba, quae ex utroque accepimus, *curfuo*, vt Typographis loqui placet charactere a nostro codice diftinximus, & potiffimum ea curauimus, ne ultra Ladislai III. tempora Simonis Kezae veftigiis inliftentes progredieremur. Nomina Regnis, Urbibus & Viris propria per decurfum operis, etfi mendose fcripta, intacta nihilominus permiffimus. Etenim

si quis eorum mutationem nosse gesti-  
 ret, adeat inter Scriptores Rerum Hun-  
 garicarum *M. Iohannis Thurocz Chroni-  
 ca Hungarorum ad fidem duarum editio-  
 num, Brunnenfis nimirum & Augustanae  
 de A. C. MCCCCLXXXVIII. nec non  
 Ms. Codicis Membranacei Bibliothecae Au-  
 gustae Vindobonensis recognita, aucta &  
 emendata, sparsis quibusdam notis, ac plu-  
 rimis variantibus lectionibus ex Budensi  
 quoque Chronico antiquo illustrata a Io-  
 anne Georgio Schwandnero Austriaco  
 Stadelkirchenfi, & Viennae edita MD-  
 CCXLVI. in folio & serius ibidem iterum,  
 ac Tirnauiæ in Hungaria ad formam quar-  
 tam recusa, & votorum fuorum metam  
 optato euentu adsequetur. Claudimus  
 Kezæ Chronicon appendice in tres pa-  
 ragraphos diuisa iurisprudentiæ patriæ  
 studiosis & vtili & delectabili; scilicet §. I.  
*de Nobilibus Aduenis.* §. II. *de Wdwor-  
 nicis* eiusdem Scriptoris; & nostro  
 §. III. *de voce centesimæ* in edito Cor-  
 poris*



poris Hungarici Decreto Wladislai II. septimo A. MDXIV. Art. 3. occurrente. Alioquin ita fumus animo comparati, ut si Deus vires integras aduersus inuidorum & maleuolorum hominum molimina, & inuolutas frontis integumentis nequitias seruauerit, & plura caelo auspice & meliora Iosepho II. fauente audeamus. Vale & nobis faue. Scribebam Pestini XXX. Nouembris A. MDCC. LXXXI.

---

*Auctor secundae editionis Lectori S.*

Duplex causa me impulit ad procurandum meis sumptibus aliam editionem. Prima, ut erroribus bene multis, qui in priorem me absente irreperant, correctis, omnia ad fidem codicis exscriberentur: Altera, ut aliqua, quae dubia & obscura circumferuntur, vberiori luce collustrarentur, sicque importunis amicorum votis ac precibus satisfaceret. Vale. Scribebam Pestini 17. Iulii MDCC. LXXXII.

\*

\*

\*

INVICTISSIMO ET POTENTISSIMO

DOMINO

LADISLAO TERCIO

GLORIOSISSIMO REGI

HUNGARIAE

MAGISTER SIMON DE KEZA,

FIDELIS CLERICVS EIVS AD ILLVM


ASPIRARE CVIVS PVLCHRITUDINEM MIRAN-  
TUR SOL ET LUNA.

\*  
\*\* SIMONIS de KEZA Chronicon Hungaricum  
elegans opusculum. *Haec manu TENGNA-  
GELII. Iure-Consulti Impp. Aug. Rudolphi  
II. Matthiae, Ferdinandi II. Consilarii  
& Bibliothecarii, Hebraice, Syriace,  
Chaldaice, Persice, Arabice, Turcice,  
Aethiopice, Graece, Latine, Italice,  
Gallice, Hispanice, Belgice, Anglice docti.  
Tot linguas in Viro maximo tera mors  
interclutit Prid. Non. Apr. A. MDCXXXVI.  
Aetatis suae LXIII. Vindobonae.*

A







Cum vestro cordi affectuose adiaceret  
Hungarorum gesta cognoscere, & id  
mihi veraciter constitisset, nationis eius-  
dem *historias* (a) quae diversis scartabel-  
lis per Italiam, Franciam ac Germaniam  
sparsae sunt & diffusae in volumen unum  
redigi procuravi; non imitatus OROSIUM,  
qui favore *Otonis* Caesaris, cui Hun-  
gari in diversis suis praeliis confusiones  
A 2 plures

---

(a) Voci multum detritae substituendum putavi  
*historias.*



plures intulerant, multa in libellis suis apochrypha confingens, ex daemonibus incubis Hungaros afferuit generatos. Scripsit enim, quod *Filimer* magni *Al-darici* Regis Gotthorum filius, dum fines Scitiae armis impeteret, mulieres quaedam nomine *Baltrame* nominantur, plures secum in exercitu suo dicitur deduxisse; quae dum essent militibus infestissimae, retrahentes plurimos per blandities (a) a negotio militari, consilium Regis ipsas fertur de consortio exercitus eapropter expulisse: quae quidem pervagantes per deserta littora paludis Moeotidis tandem descenderunt, ibique diutius, dum mansissent privatae solatio maritali, incubi daemones ad ipsas venientes, concubuisse cum ipsis iuxta dictum *OROSTUM* referuntur; ex qua quidem

---

(a) Melius *blanditias*.

dem coniunctione dixit Hungaros oriundos. Sed ut eius assertio palam fiat falsissima, primo per textum comprobatur Evangelicum: *quod Spiritus carnem & ossa non habent, & quod est de carne caro est, quod autem de Spiritu Spiritus est.* Contrarium quoque naturis rerum dixisse indicatur, & penitus adversatur veritati, ut Spiritus generare possint, quibus non sunt concessa naturalia instrumenta, quae virtutem ac officium dare possint generandi, valentes perficere veram formam Embrionis. Quocirca patet, sicut mundi nationes alias de Viro & Femina Hungaros originem assumisse. In eo etiam idem fatiis est transgressus veritatem, ubi solos finitimos praeliorum eventus videtur meminisse; ipsorum Hungarorum felices praeteriisse silentio perhibetur; quod odii manifesti materiam portendit evidenter.



---

Volens itaque veritatem imitari, sic in-  
prosperos, ut felices interferam: scri-  
pturus quoque ortum praefatae nationis,  
ubi & habitaverint, quot etiam Regna  
occupaverint & quotiens immutaverint  
sua loca. Illius tamen adiutorio & gra-  
tia ministrante, qui rerum omnium, quae  
sub lunari circulo esse habent, & ultra,  
vita quoque fruuntur. Creatione habita  
est Deus Opifex, Creator idem, ac Re-  
demtor, cui fit honor & gloria in saecu-  
la sempiterna. *Explicit prologus.*

---



*Incipiunt Hunorum gesta.* \*

---

## C A P U T I.

\*\* **M**ultifarie multisque modis olim in veteri testamento, & nunc sub aetate sexta saeculi diversas historias, diversi descripserunt: prout IOSEPHUS, (a) ISIDORUS (b) OROSIUS, (c) & GOT-

A 4

FRI

---

\* Haec minio scripta sunt

\*\* Omissa principali littera M.

(a) Inter antiquissimos rerum Hebraicarum Scriptores praecipuus censetur FLAVIUS JOSEPHUS, cuius varia habemus: *Antiquitatum*



FRIDUS, (d) aliique quam plures, quorum nomina exprimere non est opus. *Ego autem in illo tempore illius mundi, illud*

---

tum Iudaicarum libros XX. de bello Iudaico libros VII. contra Apionem libros II. de Machabaeis, qui postea coniunctim inter opera eius prodierunt. Inter varias horum editiones laudatur Geneensis, quae graece latine prodiit MDCXI. & MDCXXXIV. fol. quae a SIGISMUNDO GELENIO est procurata. Eandem editionem recudi fecit THOMAS ITTIGIUS, prolegomena, in quibus de JOSEPHO agit, & appendicem addidit Lipsiae MDCXCI. fol. Appendix ista continet Aristaeae de LXX. interpretibus historiam, cum latina versione MATTHIAE GARBITHI, ac notis a IOAN. ALBERTO FABRICIO concinnatis, variae lectiones librorum de bello Iudaico, & tractatus de imperio rationis ex codice mss. Bibliothecae Paullinae. Noua versio libelli de Machabaeis adornata a FRANCISCO COMBEFISIO cum notis, denique fragmentum libri *περί παντός*, quod IOSEPHO tribuitur. Magna cura olim in emendando IOSEPHO adlaboravit *πολυμάθετος* IOAN. ANDREAS BOSIUS, qui iam Geneuensem editionem cum multis codicibus mss. quos ex Bibliotheca Vindobon-

nen-

*illud opus inchoavi: quando charitas re-  
friguerat, iniquitas abundauerat, &  
omnis caro ad malum, quam ad bo-  
num*

B 5

num

nenſi, Auguſtana, Guelferbytana, & di-  
uerſis aliis acceperat, ſtudioſiſſime contu-  
lerat, variasque obſervationes iam inter-  
ſperſerat. Sed cum praemature fato ab-  
reptus eſſet BOſIUS, Angli eiusdem curas  
ducentis Ioachimis emerunt, atque res  
commiſſa eſt EDUARDO BERNHARDO, ut no-  
uam IOSEPHI editionem procuraret, cui  
BOſII labores maxime conueniebant. Sed  
ob fatum BERNHARDI nonnisi primum vo-  
lumen lucem vidit Oxonii MDCC. fol.  
Nouam tandemque accuratam ac splendi-  
dam editionem debemus Bibliothecae  
Bodleianae Praefecto eruditissimo IOANNI  
HUDSON, quae viuentis eo imprimi coepta,  
eodem mortuo prelo subiecta prodiit Oxo-  
nii e Theatro Scheldeniano MDCCXX.  
fol. duobus voluminibus. Quam Oxo-  
niensem magnificam editionem nitissime  
recudendam curauit V. Cl. SIGEBERTUS HA-  
NERCAMPUS, & post HUDSONUM cum im-  
preſſis & mſ. codicibus praecipue Lugdu-  
no-Batanis contulit diligenter, recensuit,  
notasque paſſim ſuas, & quinque indices  
adiecit Amſtelodami MDCCXXVI. fol.  
2. Vol. acceſſerunt praestantissimae huic  
edi-



*num pronior erat.* Porro cum per cladem diluuii, praeter Noe & tres filios eius deleta esset omnis caro, tandem  
 ex

---

editioni praeter Hudsoni nouam versionem, & notas aliorum doctissimorum virorum EDUARDI BERNARDI, IACOBI GRONOVII, FRANCISCI COMBEFISII, IOAN. SIBRANDAE, HEN. ALDRICHH, vt & ineditae in vniuersa FLAUII IOSEPHI opera IOANNIS COCCEI, EZECHIELIS SPANHEMII, HADRIANI RELANDI & *selectae aliorum.* Praeter ea adiecta varia eruditorum hominum scripta, Iosephum illustrantia, nimirum CAROLI DAUBUZ libri duo *pro testimonio Flauii Iosephi de Iesu Christo*, & iusdem argumenti epistolae XXX. virorum doctorum, vt REINESII, SNELII, IOAN. ERID. GRONOVII, aliorumque. De hoc Iosepho memoria dignissimum tulit iudicium GROTIUS, magnam fidem illi deberi in rebus Herodis magni, contra hanc eleuari nimium, vbi non Iudaeorum, sed exterorum auctorum multa in historiis contra verum somniantium vestigia premit. Maxime vero sublesta est fidei in antiquitatibus Iudaicis; vnicum tamen fere monumentum est, quod habemus. In historia autem rerum maxime suis temporibus gestarum, adcuratus est.

(b)

ex *Sem*, *Kam* & *Iapheth* LXX duae  
 tribus post diluuium sunt progressae.  
 De *Sem* XXII ex *Kam* XXXIII. a *Ia-*  
*fet*

---

(b) ISIDORUS HISPALENSIS Episcopus flo-  
 ruir post Christum natum saeculo VI Gram-  
 maticus exscribens sua ex veteribus cuius-  
 modi, quorum scripta fere omnia vetustas  
 obruit; unde haud inutilis est, & pleraque  
 exhibet, quae nusquam alibi occurrunt.  
 In libris XX. originum perpetuus exscri-  
 ptor SERVII est. Huc pertinent historica,  
 scilicet de Gothis, Vandalis & Sueuis;  
 ac demum Chronicon Regum Wisigotho-  
 rum coniunctim cum aliis Scriptoribus  
 edidit, ac eruditis obseruationibus illu-  
 strauit FRIDERICUS LINDENBROSIUS. Ham-  
 burgi MDCXI. 4. Separatim quoque pro-  
 diit ex Bibliotheca PETRI PITHOEI Parisiis  
 MDCLXXX - LXXXII. fol. & Coloniae  
 MDCXVII. Originum libri publici iuris  
 facti sunt Venetiis MCCCCLXXXIII. &  
 Parisiis MDIX - MDXX. &c.

(c) OROSIUS PAVLLVS Hispanus Presbyter, di-  
 scipulus AVGVSTINI, ad quem scripsit li-  
 bris VI. historiam sacram & ciuilem a con-  
 dito orbe ad sua tempora aduersus Paga-  
 nos, qui Coloniae MDLXXXII. 8. &  
 cum adnotationibus FRANCISCI FABRICII,  
 ad-



FETH vero X & septem. Dum autem tribus istae, sicut refert IOSEPHUS, lingua ebraica vterentur, dicto primo anno post di-

---

additis quoque LUD. LOVTII, notis ex recensione ANDREAE SCHOTTI prodivere Moguntiae MDCXV. atque Tomo VII. Bibliothecae PP. Parisiis p. 339. Inscríbuntur alias *Orchestra Mundi*, seu *Ormeſta*, quasi orbis moestitia. AUGUSTINI hortatu libros suos hos conscripsit OROSIUS contra cauillationes gentilium, qui omnia orbis Romani mala, gentium potissimum barbararum irruptionem, sacrorum mutationi adscripserunt. Hinc ab orbe condito ad sua vsque tempora historiam perceret, nonnisi calamitates, dissidia fuisse demonstrans; brevis est scriptor & vtilitate non caret, licet nimium credulus, anilibusque fabulis respersus, qui etiam in temporum rationibus nonnunquam fallitur.

- (d) GOTTFRIDVS *Abbas Vindocinensis Ordinis S. Benedicti*. Huius *Epistolas* curate produxit cum notis suis exquisitis doctissimus IACOBVS SIRMONDVS Parisiis MDCX. 8. quae & inter opera eius Parisiis & Venetiis V. Vol. iunctim edita comparent. Scriptoribus Regni Gallici in *Bibliotheca historica selecta Strunio-Budariana*. T. I. p.

diluuium *Menrot* gygans filius *Thana*  
 ex femine *Iafet* oriundus, turrem con-  
 struere coepit cum omni cognatione sua,  
 attendentes periculum praeteritum (e);  
 vt, si contingeret diluuium iterari, pos-  
 sent euitare vltionis iudicium turris in-  
 terfugio. Diuini vero mysterii arbitrata  
 sententia, cui non sufficit resistere hu-  
 manus intellectus, sic illorum mutauit  
 loquelam, ac confudit, vt, dum proxi-  
 mus a proximo non posset intelligi, tan-  
 dem in diuersas sunt dispersi regiones.  
 Fecerant enim in turri memorata, sicut  
 dicit *IOSEPHUS*, Deorum templa ex au-  
 ro purissimo, palatia lapidibus pretiosis  
 fabricata, columpnas aureas, & plateas  
 diuersimode petris coloratis, ductibusque  
 abstractas (f). Et erat turris ipsa in  
 quadrum subleuata ab vno angulo ad (g)  
 alium habens passuum longitudinis millia  
 XV. & latitudinis totidem. Altitudinis  
 vero

---

p. 354. editionis *Ienenfis* MDCCXL. ad-  
 numeratur.

(e) Mss. *Vien. praedictum.*

(f) Sic emendo, cum in *Membrana* legam:  
*diuisusque astracatas.*

(g) Mss. *Vien. in.*



vero quantitas nondum finita erat, sed usque lunarem circulum, quem diluuii unda non attingerat, illorum cogitatu debebat subleuari. Trecentorum autem passuum grossitudo fuerat fundamenti; subleuata siquidem paulatim artabatur (h), quod grossities interior pondus prominens sustineret. Sita etenim erat inter Nubiam & Aegyptum, cuius antiqualia cernuntur usque hodie euntibus de Memphis Alexandriam. Dimissis ergo incidentiis, quae coeptae materiae dant colorem, redeundum est ad (i) *Mentoth* (k) qui (l) gygans post linguarum inceptam confusionem terram *Ewilath* introiuit (m), quae regio Perside isto tempore appellatur (n), & ibi duos filios *Hunor* scilicet & *Mogor* ex *E-neth* (o) sua coniuge generauit, ex quibus *Huni* siue *Hungari* sunt exorti.

Sed

---

(b) Loco arctabatur.

(i) Neglecta littera M. incipit nouam sectionem.

(k) Post ad, Mfs. Vienn. habet incepta.

(l) Mfs. Vienn. loco qui exhibet igitur.

(m) Mfs. Vienn. dicitur introisset.

(n) Mfs. Vienn. nominatur.

(o) Thur. *Enech.* Mfs. *Enee.*

Sed quia gygans MENROTH vxores alias sine *Eneth* perhibetur habuisse, ex quibus absque *Hunor*, & *Mogor* plures filios & filias generauit. Hy (p) sui filii & eorum posteritas Perside inhabitant regionem statura & colore Hunis similes, tantummodo parum differunt in loquela, sicut Saxones & Thuringi. Cum autem *Hunor* & *Mogor Menroth* essent primogeniti, a patre ipsorum tabernaculis separati incedebant. Accidit autem die rum vna, venandi causa ipsos perrexisse, quibus in deserto cerua occurrisset, in paludes Moeotidas illam insequentes, fugiit ante eos. Cumque ibi ab oculis illorum prorsus vanuisset, diutius requisitam inuenire ullo modo (q) potuerunt. Peragratis tandem paludibus memoratis pro armentis nutriendis ipsam conspexerunt opportunam. Ad patrem deinde redeuntes, ab ipso licentia impetrata cum rebus omnibus paludes Moeotidas intrauerunt moraturi. Regio quidem Moeotida, Perside patriae est vicina, quam vndique pontus praeter vadum vnum par-

---

(p) Loco *Hi*.

(q) Pro *nullo modo*.



parvissimum giro vallat, fluminibus penitus carens, herbis, lignis, volatilibus, piscibus & bestiis copiatur. Aditus illic difficilis & exitus. Paludes autem *Moeotidas* adeuntes annis V. immobiliter ibidem permanferunt. Anno ergo VI. exeuntes in deserto loco sine maribus in tabernaculis permanentes, vxores ac pueros filiorum *Belar* casu reppererunt, quos cum rebus eorum in paludes *Moeotidas* cursu celeri deduxerunt. Accidit autem Principis *Dulae* Alanorum duas filias inter illos pueros comprehendi, quorum vnam *Hunor*, & aliam *Mogor* sibi sumpfit in vxorem. Ex quibus mulieribus omnes *Huni* siue *Hungari* originem assumpserunt. Factum est autem, cum diutius in ipsis paludibus permansissent, in gentem validissimam succrescere inceperunt; nec capere eos potuit ipsa regio & nutrire. Exploratoribus igitur in Scitiam abinde destinatis, Scitiae regno explorato cum pueris & aimentis ipsam patriam intrare permansuri. Regnum itaque ipsum, dum adiissent *Alpzaros* & *Prutenos*, in eo inuenerunt habitantes, quibus deletis & expulsis aut occisis, vsque hodie

hodie illud Regnum *invitis vicinis* pacifice dinoscuntur possidere. Scitica enim regio in Europa situm habet. Extenditur enim versus orientem, ab uno vero latere ponto aquilonali; ab alio montibus *Rifeis* (r) includitur, a zona torrida distans. De oriente quidem Asiae iungitur. Oriuntur etiam in eodem duo magna flumina, uni nomen *Etul*, & alterius *Togora*. Gentes siquidem in eo regno procreatae otia amplectuntur, vanitatibus deditae, naturae dedignantis artibus venereis intendentes rapinas cupiunt, generaliter plus nigrae colore, quam albae. Scitico quoque regno de oriente iungitur regnum Iorianorum, & post haec *Tarsia*, & tandem *Mangalia*, ubi Europa terminatur. Ex plaga vero aestivali subsolana, gens iacet *Corosmina*, *Aethiopia* etiam, quae India minor dicitur; ac post hoc inter meridiem & cursum *Don* fluvii desertum existit immeabile. Fluvius siquidem *Don* in Scitia oritur, qui ab Hungaris *Etul* nominatur; sed ut montes *Rifeos* (s) tranfit diffluendo,

---

(r) Id est *Rhiphoeis*.

(s) Seu *Rhiphoeos*.



endo, *Don* est appellatus, qui tandem in planum effluens, currit terram Alanorum, postea vero cadit in rotundum mare ternis ramusculis. *Togora* autem fluius discurret de Scitia exiundo per desertas siluas, paludes ac montes nivosos, ubi nunquam sol lucet propter nebulas; tandem intrat in *Yrcaniam* (t) vergens in mare aquilonis. Longitudo siquidem Sciticae regionis stadiis CCC. & LX extendi perhibetur, latitudo vero CXC. Situm enim naturalem habet tam munitum, ut in solo locello parvissimo, ibi aditus reperitur. Propter quod nec Romani Caesares, nec magnus *Alexander*, quamvis attemptassent (u), potuerunt in eam introire. Scitia enim solo laeta est, nemoribus, silvis, herbis venustata, & bestiis diversi generis mirabiliter dives ac referta. Habet etiam de occidente vicinos *Bessos* & *Comanos albos*; sed circa mare aquilonis, quod eidem vicinatur, usque regnum *Susdaliae*, est desertum silvestre, humano generi immeabile, quod ad magnum spatium extendi perhibetur, ubi nubium densitas per novem menses iacet, ibi nec sol

(t) Pro *Hyrca*niam.

(u) Loco attemptassent.

cernitur, nisi tantummodo in Iunio, Iulio ac Augusto, & id in tanta diei hora, quantum a sexta est vsque nonam. In montibus etenim deserti memorati Cristallus inuenitur, & *Griso* (v) nidum parat, auesque *legerfalc*, quae Hungarice *Kerechet* appellantur, procreare pullos dinoscuntur. Sciticum enim regnum comprehensione vna cingitur; sed in regna tria diuiditur, principando scilicet in *Barsaciam*, *Dentiam* & *Mogoriam*. Habet etiam prouincias C & octo propter C & octo progenies, quae dudum per filios *Hunor* & *Mogor*, quando Scitiam inuaserunt, sunt diuisae. Centum enim & octo generationes pura tenet Hungaria & non plures; aliae autem siquae ipsis sunt coniunctae aduenae sunt, vel ex captiuis oriundi: quoniam ex *Hunor* & *Mogor* in *palude Moeotida* centum & octo progenies, absque tamen *missitalia* (x) fuere generatae. Quorum ergo aduenarum generatio in fine huius libri apponetur feriatim.

B 2

CA-

(v) Siue *Grypho*.

(x) *Missitalia* id est aliunde aduenientes, vel adoptati, aut peregrini, vel per contemptum vagi, noui & obscurae originis homines intelliguntur. Huc etiam refertur vox *Missitalis*.



## C A P V T II.


Igitur (a) in aetate sexta saeculi multiplicati Huni in Scitia habitando ut arena. Anno Domini septingentesimo (b) in unum congregati Capitaneos inter se seu Duces, vel Principes praefecerunt, quorum vnus *Wela* fuit *Thele filie* \*) filius ex genere *Zemein* oriundus, cuius fratres *Cuwe* & *Caducha* ambo Capitanei. Quarti vero Ducis nomen *Ethela* fuit *Bendacuz* filius, cuius Fratres *Renwa* & *Buda* vterque Duces exstiterē de genere

(a) Desideratur in membranaceo principalis littera I.

(b) Perperam. Mss. Vien. CCCXVIII. annum adsignat; sed neutri fides habenda erit; quomodo enim Attila septennis inter Duces & Capitaneos locum habere potuit? verosimilior videtur mihi esse annus Christi in Thwrocio CCCLXXIII. quo Attila quinquagenario maior aetate & potentia enituit.

\*) Id est *Thelae* filiae.

re *Erd* oriundi, vt simul vno corde occidentales occuparent regiones. Constituerunt quoque inter se Rectorem vnum nomine *Kadar* de genere *Turda* oriundum, qui communem exercitum iudicaret, dissidentium lites sopiret, castigaret malefactores, fures ac latrones; ita quidem, vt si Rector idem immoderatam sententiam definiret, communitas in irritum reuocaret, errantem Capitaneum & Rectorem deponeret, quando vellet. Consuetudo enim ista legitima inter Hunos, siue Hungaros vsque ad tempora Ducis *Geiche*, filii *Tocsum* inuolabiliter existit obseruata. Antequam ergo baptizati fuissent Hungari, & effecti Christiani sub tali voce praecones in castris ad exercitum Hungaros adunabant. *Vox Dei & populi Hungarici; quod die tali vnusquisque armatus in tali loco praecise debeat comparere, communitatis consilium, praeceptumque, auditurus.* Quicumque ergo edictum contempsisset, praetendere non valens rationem, lex Scitica per medium cultro huiusmodi detruncabat, vel exponi in caussas desperatas, aut detrudi in communium ser-





uitutem (c) Vitia itaque & excessus huiusmodi vnum Hungarum ab alio separauit; alias cum vnus pater & vna mater omnes Hungaros procreauerit, quomodo vnus nobilis alter ignobilis diceretur, nisi victus per tales casus communis haberetur. Tunc de tribubus centum & octo elegerunt viros fortes ad bellandum, affumentes de quolibet genere decem millia armatorum, aliis in Scitia derelictis, qui eorum regnum ab hostibus custodirent, eleuatisque baneriis egredientes *Bessorum* & *Comanorum alborum* terras transfirent. Deinde *Sosdaliam*, *Rutheniam*, & *nigrorum Comanorum* terras ingressi, tandem vsque *Tize* (d) flumen saluis rebus, inuitis gentibus praefatis peruenerunt. Qua quidem regione circumspecta, omni coetui complacuit non incedere vlterius cum armentis & familia. Cum vxoribus etenim tabernaculis, & bigis descenderant de eorum terra; cumque eo tempore *Pannoniam*, *Pamphiliam*, *Phrygiam*, *Macedoniam*,  
Dal-

(c) Subaudi *iussit*.

(d) Thwr. *Titiae* Mfs. *Tysciae*, qui hodie est Tibiscus notus Hungariae fluiuis.

*Dalmatiamque* Tetrarcha *Macrinus*; natione Longobardus, vrbe Sabaria oriundus gubernaret armis bellicis informatus. Audito quod Huni super *Tizam* reledissent, & de die in diem lacerarent regnum eius, cum alumpnis (e) regni sui ipsos aggredi reformidans ad Romanos suos nuntios destinavit contra Hunos petiturus gentem & auxilium commodari. Ex parte (f) etenim Romanorum in praedictis patriis imperabat. Tunc Romani *Ditricum* Veronensem (g) Alamannum natione illo in tempore super se Regem praefecerant voluntarie, quem petentes, vt *Macrino* subsidium importaret. *Ditrico* ergo animo gratanti annuente egressus cum exercitu Italico, Germanico ac ceteris mixtis gentibus occidentis peruenit in *Zaxholm* (h), vbi ipsi Longobardi conuenerant ad *Po-*  
 B 4 *ten-*

(e) Siue alumnis.

(f) Mss. *Ex gratia*.

(g) Thwr. *Detricum de Verona* Mss. *Dietericum*, seu *Theodoricum de Verona Ostrogothorum Regem*.

(h) Thwr. *Zaxalom* Mss. habet *Zaxholm*, sed recentior manus in margine eiusdem *Zaxhalom* emendauit.



*tentianam* ciuitatem (i) pertractans cum *Macrino* consilium : vtrum Hunos in eorum descensu Danubium transiendo, vel in alio loco congruente inuadere oportet-

- (i) De hac ex commentariolo de quorundam Pannoniae oppidis *Gregorii Hidii* iudicium adfero *Cl. Samuelis Timon* : Bene, inquit, quoque animaduertit *Potentianae* nullum antiquorum Scriptorum meminisse; sed a recentioribus iisque patriis dumtaxat in *Attilae* gestis eam nominari. Apud eam tres Duces Hunnorum, *Belam*, *Cheuam* & *Cadicam* anno Christi CCCLXXIII. cum *Materno Praefide Romano*, & *Detrico Germanorum Duce* ferro decertasse, desideratis virisque trecentis quinibus ac tricenis millibus cum iisdem domesticis Historicis tradit. Opinatur autem urbem eam ibi fuisse, ubi hodie est pagus *Adonius* infra *Budam* septenis miliaribus germanicis. Primum in *Potentiana* collocatam fuisse coloniam romanam putauit; de qua tacent veteres. Hucusque *Timon* de *Hidio*. *Belius* adstipulatur in *Thurocxio* his verbis : „ *Potentianae* alias nullus antiquorum Scriptorum meminit; ego itaque *Mogentianam* substituendam censerem, cuius *Antonini* itinerarium mentionem facit; quamuis priorem, in oppido *Adon* infra *Budam* existisse quorundam constans sit opinio.

teret ? in istis itaque *consiliis* & tractati-  
 bus *Ditrico Macrinoque* residentibus no-  
 ctis silentio super vtres Huni Danubium  
 in *Sicambria* (k) transiuerunt ; exerci-  
 tum *Macrini & Ditrici*, quem capere  
*Potentiana* non potuit, in tentoriis,  
 campis commorantem crudeliter trucidar-  
 runt. Pro qua enim inuasionem *Ditricus*  
 B 5 acer-

- (k) Sicambriae incunabula M. THVROCZIVS non dubitat referre ad Franconem vltimi Regis Troianorum Ducem, quem narrat post Troianae urbis excidium in Pannoniam, quae olim M. Alexandri aeuo superior Graecia vocabatur, magno cum populo venisse, & sub monte Sycan, secus fluiuium Istrum, qui & Danubius dicitur, ciuitatem amplissimam aedificasse, & illi nomen a monte Sycan praedicto, Sycambriam imposuisse. — Paulo aliter RANZANVS ; Supra, inquit Budam in eadem Danubii ripa exstant adhuc vetustissimae cuiusdam urbis vestigia, referentia magnum muri ambitum ; Sicambria is locus vocitatur. Sunt qui credunt, fuisse ei nomen inditum a Sicambri Germania olim populis, quorum auxiliaria quaedam legio, Romanorum Imperatorum temporibus, in Pannonias profecta, sedes ibi posuerat &c.



acerbatus in campum *Tawarnucweg* (1) exiit cum Hunis committens praelium cum suorum & *Macrini* maximo interitu ac periculo. Fertur tamen Hunos in hoc loco potenter deuicisse; Hunorum autem residuum in sua est reuersum, arrepta fuga, tabernacula. In eo enim praelio ex Hunis virorum C. millia, & XXV. millia corruerunt *Cuwe* etiam Capitaneo ibidem interfecto. De militia vero *Ditrici* & *Macrini* exceptis illis, qui in suis tentoriis ante Urbem memoratam fuerant trucidati CC millia & X. millia perierunt. Videns ergo *Ditricus* tantam caedem suorum accidisse; die altera post congressum praelii perrexit versus *Tulnam* ciuitatem cum *Macrino*, quae tunc erat ciuitas Latinorum inter Vrbes Pannoniae computata. Tunc Huni intellecto, quod *Macrinus* & *Ditricus* de loco certaminis remouissent sua castra, reuersi ad locum certaminis, superiorum cadauera, quae poterant inuenire, *Cuue*que Capitaneum prope stratum, ubi statua est erecta lapidea mo-

---

(1) Thwr. *Tarnokwelgh* Recentior manus in Mss. correxit *Tarnak völgye*.

re Scitico solempniter (m) terrae com-  
 mendarunt, partesque illius territorii  
*Cuweazoa* (n) propter hoc vocauerunt.  
 Cognita itaque armorum & animi occi-  
 dentis nationis qualitate & quantitate  
 Huni animum resamendo, exercitu re-  
 sarcito aduersus *Ditricum* & *Macrinum*  
 versus *Tulnam* pugnaturi perrexerunt.  
 Quorum aduentum *Ditricus* vt cognouit  
 in *Cesummaur* (o) eos conuenit, & a  
 mane vsque nonam praelium est com-  
 missum tam vehemens ac hostile, vt  
*Wela*, *Rewa* & *Caducha* Hunorum illu-  
 stres Capitanei cum aliis XL millibus  
 in ipso certamine interirent. Quorum  
 etiam cadauera abinde remouentes apud  
 statuam memoratam cum ceteris fociis  
 subterrarunt. Occubuit quoque *Macri-*  
*nus*

(m) loco Solemniter.

(n) Thwr. *Keweoxa* vel *Keweháza*.

(o) In Mss. legitur *Cesumaur* & *Cesunmaur*,  
 quod est hodie *Zeiselmaur*, inferioris Au-  
 striae oppidum, tribus supra Viennam mil-  
 liaribus in vicinia ciuitatis Tulnensis situm;  
 olim *Cetii* marus, vel *Cetia* Romanorum  
 colonia, dein ab Hunis vastata.



*nus* ex Romano exercitu ipso die, & quamplures principes Germanorum, *Ditrico* per iaculum in fronte letaliter vulnerato & quasi toto exercitu occidentis intercepto, ac fugato. Postquam vero exercitus se disperlit Romano more Huni super se *Ethelam* Regem praeficiunt, ipseque *Budam* fratrem suum de flumine *Tize* vsque *Don* super diuerfas exterarum nationes principem constituit ac Rectorem. Ipse autem seipsum Hunorum Regem, metum orbis, flagellum Dei a subiectis suis fecit appellari. Erat enim Rex *Ethela* colore teter, oculis nigris & furiosis, pectore lato, elatus incessu, statura brevis, barbam prolixam cum Hunis deferebat. Audaciae quidem temperantis erat, in praeliis astutus & sollicitus, suo corpore competentis fortitudinis habebatur. In voluntate siquidem magnanimus, politis armis, mundis tabernaculis, cultuque utebatur. Erat enim venereus ultra modum. In arca sua aes tenere contempnebat (p). Propter quod ab externa natione amabatur, eo quod liberalis esset ac communis.

---

(p) Pro contempnebat.

munis. Ex nimia vero feueritate, quam habebat, a suis Hunis mirabiliter timebatur. Nationes ideoque regnorum diuerforum ad ipsum de finibus orbis terrae confluebant, quibus pro posse liberaliter affluebat. Decem enim millia currum falcatorum in suo exercitu deferri faciebat cum diuersis generibus machinarum, quibus vrbes & castra destrui faciebat. Tabernacula etiam variis modis Regnorum diuerforum habere consueuerat operata. Vnum habebat sic celebre & solempne, vt ex laminis aureis mirifice coniunctim solidatum, modo solui & nunc reconiungi ad tendentium flaret voluntatem. Columpnae cuius ex auro laboratae habentes iunctiones, opera ductilia, in medio tamen vacuae, in iuncturis suis pretiosis lapidibus iungebantur mirabiliter fabricatae. Sed etiam sua maristalla, dum pergeret in exercitum, equis diuersarum patriarum replebatur, quos, quamuis visus esset habuisse, largiter egentibus tribuebat ita quidem, vt vix duos haberet aliquando pro vsu equitandi. Ista ergo maristallae ex purpura & bisso habebant paraturam; fellae vero regales ex auro & lapidibus  
pre-



pretiosis fuerant laboratae. Mensa autem eius erat tota aurea, vasa etiam coquinarum. Thalamus quidem eius ex auro purissimo, laboratu mirifico in exercitu secum ferebatur. Expeditio autem eius praeter exterarum nationum decies centenis armatorum millibus replebatur, ita quidem, ut, si vnum Sciticum decedere contigisset, alter pro ipso confestim ponebatur. Sed arma gentis eius ex corio maxime & etiam metallis variis diuersimode fuerant laborata, ferens arcus, cultros & lanceas. Banerium quoque Regis *Ethelae*, quod in proprio scuto gestare consueuerat, similitudinem auis habebat, quae Hungaricae *Turul* dicitur, in capite cum corona. Istud enim banerium Huni usque tempora Ducis *Geichae*, dum se regerent, pro communi in exercitu semper secum gestauere. In istis itaque & aliis populis huiusmodi *Ethelae* Rex Hunorum praeter ceteris Regibus sui temporis gloriosior erat in hoc mundo. Ciuitatum, castrorum & urbium Dominus fieri cupiebat, & super illas dominari. Habitare vero in ipsa contempnebat. Cum gente enim sua in campis cum tabernaculis,  
&

& bigis incedebat. Extera natio, quae eum sequebatur, in ciuitatibus & in villis. Indumentorum vero modus, & forma, sibi & gente (q) modum Medorum continebat.

### C A P U T III.

Postquam vero in praelio *Cesummaur* Romani corruissent, & fuissent dispersi vsque quaque, Rex *Ethela* est conuersus in castra gentis suae, & ibi in descensu vltra *Tizam* paucis diebus habitauit, tandem in *Scewem* curiam solempnem celebrare procurauit. Ad quam *Ditricus* de *Verona* cum principibus Germaniae accedens omne homagium *Ethelae* & Hunis fecisse perhibetur. Suggestit Regi, vt inuadere debeat regna occidentis: cuius quidem consilium amplectendo exercitum statim procla-

(q) Pro sua & gente. Fors sua in gente.



clamari iussit. Egressus de *Sicambria* primo *Illyricos* subiiciens, deinde *Rhenum Constantiae* pertransiuit. Abinde vero *Rhenum* inferius descendendo Rex *Sigismundus* apud *Basileam* cum ingenti exercitu suo conuenit, quem deuincens cum impetu, suo fecit imperio obedire. A loco autem illo egressus obsedit *Argentinas* ciuitatem, quam primitus Romanorum Caesarum nullus potuit expugnare, metus orbis expugnauit diruendo murum eius, ut cunctis adeuntibus via libera haberetur, edictum faciens, ne uiuente eo mutaretur. Propter quod eadem ciuitas postmodum *Strosburc* non *Argentina* usque hodie est uocata. Amoto autem de loco illo suo exercitu *Luxouium* (a) *Bizantium* (b) *Chalon* (c) *Masticoniam* (d) *Ling-*  
go-

- 
- (a) *Luxouium* Burgundiae oppidum, dictum vulgo *Luxeu*, vel *Luxeuil*.  
 (b) Alias *Vesantio*, vel *Bisantio*, vulgariter *Besancon* Metropolis Burgundiae.  
 (c) *Cabillonium* seu *Cabillonnia* vulgo *Chalon sur Saone*, olim sedes Regum Burgundiae.  
 (d) *Matisco*, *Matiscona*, seu etiam *Mastico* urbs Burgundiae hodie *Mascon*.

gonensem (e) & Lugdulum (f) Burgundiae destruxit ciuitates. Descendens tandem iuxta Rhodanum aduersus Cathalaunos, vbi etiam diuiso suo exercitu tertiam partem suae gentis contra *Miramammonam Soldanum* icilicet *Marroquiae* cum electis Capitaneis destinauit. Quo audito *Mirama* de vrbe *Sibiliae* (g) fugiit ante Hunos in *Maroquiam* brachio *Sibiliae* transpassato. Tunc interea Regem *Ethelam* Romanorum patricius dictus *Ecius* cum X Regibus occidentis inuasit ex abrupto. Et dum subitum insultum niterentur facere super *Ethelam*, per nuncios praeliandi inducias ab ipsis postulauit, vt copia suae gentis, quae absens fuerat, iungeretur. Sed illis renuentibus, inter vtrosque exercitus a mane vsque noctem in campo *Belwider* praelium est commissum.

Erat

(e) Alias *Lingonum* hodie gallis *Langres* urbs antiquissima.

(f) Hodie emporium *Lyon* totius Galliae celeberrimum, quod olim Burgundiae Regibus paruit. Parad. de ant. statu Burg. c. 8.

(g) Seu *Seviliae*, quae alias *Hispalis* dicitur.



Erat enim inter vtrosque exercitus fluuius discurrens tam paruissimus, vt, si capellum in ipso quis iactasset fluuii plano, cursu vix poterat inferius remoueri. Praelio autem confecto animalium sanguine & humano talis torrens efficitur, vt aurigam cum curru intraheret, & armatos, fieretque mortalitas per torrentem in exercitu valde magna. Istud ergo praelium, quod commissum extitit inter Hunos ac Reges occidentis in loco memorato, omnibus praeliis huius mundi, quae commissa sunt vno loco & vna die, per veteres maius esse perhibetur. In quo quidem conflictu Gothorum Rex *Aldaricus* miserabiliter intercipitur. Cuius quidem obitum alii Reges vt cognoscunt, in fugam conuertuntur. Ab illo itaque die eleuatum est cor Hunorum & Regis *Eihelae*, timorque percussit orbem terrae, & plura regna hoc audito, censu ac tributo eis seruiuerunt. Tertia vero exercitus societas, quae fuerat contra Miramammonam destinata, propter moram interesse non valens in praelio, remansit vique vitam *Katalaunis*, habitatores tandem Katalauniae sunt.

sunt effecti. Erant enim soli Huni præ-  
 ter exterarum nationes CCC millia XXX  
 millia & XXXII Huni. Ex his etiam  
 Hunis plures fuerant in exercitu Ca-  
 pitanei constituti, qui Hunorum lingua  
*Spani* vocabantur. Ex quorum nomini-  
 bus tota *Ispania* postmodum est voca-  
 ta, cum primo vocati essent *Ka-*  
*talauni*. Dimorantibus siquidem *Ethelæ*,  
 & Hunis in Beluider aliquamdiu tan-  
 dem regressi cum victoria, intrauerunt  
*Tolisanam* ciuitatem, vbi a ciuibus cum  
 laude summa sunt suscepti. Indeque  
 recedentes *Rhemensem* ciuitatem Galli-  
 corum, quae *Ethelæ* in eundo resiste-  
 rat, igne concremarunt, militia & ciui-  
 bus, quod se ita recluserat, omnibus  
 trucidatis. Taliterque *Francia* & *Flan-*  
*dria* demolita *Rhenum Coloniae* pertran-  
 siuit, vbi sanctam *Vrsulam* Britanorum  
 Regis filiam cum XI millibus virginum  
 Hunorum feritas crudeliter iugulauit.  
 Abinde Thuringiam introgressus in *Isna-*  
*co* curia celebrata super *Dacos*, *Nor-*  
*vagios*, *Frijones*, *Lituanos*, & *Prute-*  
*nos* exercitum magnum destinauit, qui-  
 bus deuictis & humiliatis sibi fecit  
 subiugari. Ab *Isnaco* ante curia cele-  
 brata



brata egrediens Sicambriam introiuit, vbi *Budam* fratrem suum manibus propriis interfecit, prolici (h) faciens corpus eius in Danubium, eo quod ipso *Ethela* in partibus occiduis praeliante inter eum & fratres eius metas stabilitas transgressus fuerat dominando. Fecerat enim *Sicambriam* suo nomine appellari. Et quamuis Hunis & ceteris suis gentibus interdictum Rex *Ethela* posuisset, vt vrbs *Ethelae* vocaretur, Teutonici interdictum formidantes, eam *Echulburc* vocauerunt. Huni vero curam parua illud reputantes interdictum vsque hodie eandem vocant *Oubudam*, sicut prius. His itaque sic peractis, V annis continue in *Sicambria* requieuit, speculatoribus suis in mundi quatuor partes distributis. Speculatorum siquidem prima societas ordinatim de *Sicambria*, in quantum vnus clamor ad alium audiri potuisset, *Coloniae* Germaniae ciuitate die ac nocte stare consueuerat. Altera vsque *Lituam*. Tertia in *Don* fluii litore; quarta vero *Iadrae* ciuitate *Dalmatiae* stationes faciebat, quorum voce  
&

---

(g) Melius proici.

& clamore, quid *Ethela* ageret, seu quali exercitationi deditus esset, mundi partes quatuor potuissent experiri.

---

C A P V T IV.

---

**I**ncidentia. *Pannoniae, Pamfiliae, Macedoniae, Dalmatiae, & Frigiae* ciuitates, quae crebris spoliis & obsidionibus, per Hunos erant fatigatae, natali solo derelicto in Apuliam per mare Adriaticum de *Ethela*, licentia impetrata transierunt, *Blackis*, qui ipsorum fuere Pastores & coloni, remanentibus sponte in Pannonia. Repausato autem Rege *Ethela Sicambriae* V annis defectum tertiae partis sui exercitus, quae remanserat *Katalaunis*, resarcire procurauit, curiaque solempni celebrata egressus est de *Pannonia*, per *Stiriam, Carinthiam, & Dalmatiam* pertransiens, apud Urbem *Salonam* mari *Adriatico*, & *Spaletum* se coniunxit, vbi ambas vrbes



dirui fecit & cremari. Egreffus tandem circa mare *Traguram*, *Sebenicum*, *Scardonam*, *Iadram*, *Nonam*, *Senam*, *Po- lam*, *Parentiam*, *Capostiriam*, *Triestinam* ciuitatem, ac cetera multa oppida occupans, in montanis peruenit tandem *Aquilegiam*, cuius magnitudine circum- specta stupefactus, se confusum reputabat, si dictam ciuitatem inexpugnatam reliquisset, pro eo maxime, quia quamplures Longobardi de Pannonia, qui Hunorum dominium & *Ethelae* contem- ferunt, confugisse in ipsam ferebantur. Quos quidem a ciuibus per nuntios re- petens, & dum tradere recusarent, ex- pugnare coepit ciuitatem machinarum diuersis instrumentis. Quam dum cape- re nullatenus potuisset, obsedit eam anno vno & dimidio. Accidit ergo die vno, vt eandem circuiret ciuita- tem multis *Fitonis* (a) eius lateri ad-  
hae-

---

(a) *Fitonis*, *Phytonis* vel potius *Pytho- nis*: *Pythones* dicuntur spiritus diuina- tores, qui se humanis corporibus infi- nuantes, edunt vaticinia. Quin & homi- nes ipsi, qui a *Daemonibus* huiuscemodi possessi

haerentibus, in quibus iuxta suae opinionem fidei spem maximam apponebat; & videns ciconiam de mari euolantem, & in pinnaculo vnus palatii, in quo habebat nidum suum, re-sedit, acceptoque in rostro pullo suo, in maris arundines visibiliter deportauit. Reuerfa tandem & alios pullos suos simul cum nido transtulisse perhibetur. Quo viso Rex *Ethela* suis militibus ad se conuocatis ait: „ Cernite ergo Socii, quod ciconia ista futurorum factorum sentit indicia, urbemque per nos diruendam, ad fugam, ne cum ciuibus pereat, se communit. Estote ergo die crastina in praelio fortiores, videbitis ciuitatem ruituram. „ Tunc edicto proclamato, machinarum omnium genere adhibito, cum non potuisset machinis expugnare, ingenio Sciticorum tandem usus, ex decies centenis millibus fellam vnā de quolibet postulauit, & facta congerie ex fellis, iuxta murum

C 4 iussit

---

possessi erant, Pythones adpellabantur: vt non obscure indicat *Plutarchus* eo inopusculo, quod inscripsit: *Cur oracula defierint?*



iussit incendi fellas ipsas: quarum flamma ac ardore murus se dissoluens corruisse in terram cum turribus perhibetur. Quo viso omnes ciues vrbe derelicta in insulam maris fugerunt. Eandem etenim insulam intrauerant aeterno permanfuri; sed in ipsa paucis annis dimorantibus tandem propter metum Regis *Ethelae* in paludes *Realt*, vbi nunc morantur, intrauerunt. Vnde etiam eandem insulam vsque hodie Venetica lingua, *Vecca Venesia* nominatur. Veneti siquidem sunt *Troiani*, vt canit Cronica veterorum (b): *Veneti siquidem sunt Troiani &c.* Post excidium enim *Troiae Aquilegiae* permanferunt, quam & fundasse referunt. Quidam autem *Venetos* de *Sabaria* fuisse opinantur. *Sabaria* vero habitata fuerat Longobardis, in qua erat Generalis schola orbis terrae nationi, poëtarum, musis & dogmatibus philosophicis elucenter illustrata, idolorumque erroribus diuersis mancipata. Quam quidem *Gothorum nomine Archelaus*, Rex primus

---

(b) Pro quo veterum melius.

mitus deuastauit; sed postea per Hu-  
 nos de Pannonia expelluntur, nuncque  
 littora fluuii *Tycini* habitare dinoscun-  
 tur, qui & dicuntur Papienses. Post-  
 quam autem Rex *Ethela Aquilegiam*  
 expugnauit, inde venit in forum Iulii,  
 vbi ciuitate *Concordia* occupata in  
 Marchiam intrauit Lombardiae, in qua  
*Taruisum, Brixiam, Paduam, Cremonam,*  
*Veronam, Mantuam, Pergamum, Me-*  
*diolanum, Alexandriam, Ferrariam,* a-  
 liasque plures, vrbes Italiae suo do-  
 minio subiugauit. Post haec *Rauennam*  
 appropians Arianorum Archi-Praesul,  
 qui in dicta ciuitate contra sedem apo-  
 stolicam fecerat eleuari XII Cardinales  
 suam sectam imitantes, thesaurum ha-  
 lens copiosum, ciuibus ignorantibus  
 Hunos in Urbem occulte intromisit,  
 Catholicos, qui erant in ea potiores  
 per ipsos fecit trucidari; permittens *E-*  
*thelae*, quod si suae sectae adhaeserit,  
 fueritque Christianos persecutus absque  
 fatiga suae gentis, & expensis Roma-  
 nam Urbem, totam Italiam & Affri-  
 cam eius imperio subiugaret. Cumque  
*Ethela* annuisset plus amore domini,  
 quam sectae memoratae, cognito Roma-



ni periculo, quod exinde poterat Christicolis suscitari; *Leonem* Romanum Antistitem ad *Ethelam* transmiserunt, petentes, ut exiret de finibus Lombardorum, propter quod ei & censum persoluerent, & gentem darent, quam vellet. Apostolico itaque ad *Ethelam*, cum Comitibus, & Clero Romano pro parte conuenerunt in campo ante *Rauennam* locuturi. Dumque in equis uterque mutuo loquerentur, graueque videretur Regi admittere, quod Romani postulabant, inter colloquia (c) contigit *Ethelam* sursum aspicere, superque caput suum in aëre hominem pendere, gladium tenentem versatilem, qui caput eius auferre minabatur. Unde quidem corde perterritus vniuersas petitiones annuit Romanorum, & sic Apostolicus cum gaudio Romam rediit, & Rex *Rauennam* est ingressus. In qua quidem *Archi-Praesulem Arianum* cum omnibus sequacibus & complicibus capti-

---

(c) Mss. Vien. *Vidit supra caput suum pendere hominem in aere pendentem gladium versatilem in manu sua, quae ipsius caput, quasi stridentibus dentibus truncare minabatur.*

ptuari faciens extorsit ab eo sexaginta  
 marcarum millia auri, quos postea fe-  
 cit omnes iugulari. In his etiam die-  
 bus, dum Ethela Rauennae moraretur,  
 Zoard Capitaneus, princeps militiae  
 Regis cum Hunorum exercitu intrat in  
 Apuliam, & Calabriam, vbi Reginam ci-  
 uitatem & Cathonam, in qua Catho na-  
 tus habitauit, demolitur, & demum  
 Terra laboris demolita vsque montem  
 Cassinum exercitus vastat, inde tandem  
 cum victoria Rauennam est reuersus.  
 His itaque sic peractis de Italia Rex  
 Ethela rediit in Pannoniam. Dum ergo  
 per occidentem, orientem, aquilonem  
 ac meridiem longe lateque imperando  
 extendisset suum posse, vertebat in a-  
 nimo transfretare, vt Aegyptios, Assy-  
 rios & Africam subiugaret. Tunc inte-  
 rea Bractanorum Regis filiam Micolt  
 nomine sibi adducunt ad amandum su-  
 am formam humanam (d) pulcriorem,  
 quam quidem adamasse in tantum per-  
 hibetur, quod excessit modum in ha-  
 bendo. Eadem enim nocte, cum ipsam  
 carnaliter cognouisset, plus excelsit  
 more

---

(d) Fors humana.



more solito in potando & vsu coitus pro velle consumato, ex eius naribus supine dormienti sanguis est egressus, qui locum liberum non habens exeundi in meatum gutturis introiuit, vbi coagulando praepediens anhelitum, metum orbis suffocauit (e). *Micol* vero de somno excitata dum suum Dominum crebris motibus excitasset, nec se mouere potuisset, corpus cernens frigidatum & priuatum calore naturali, euilando cubicularios Regios ad se euocans, suum Dominum exclamauit introisse vniuersae viam carnis. Qui quidem terribiliter exclamantes ad palatii hostia (f) vniuersos vigiles fecerunt curfitare, sepelierunt eum in loco superius me-

---

(e) M. IOH. de THWRO CZ. Cap. XXII edit. Schwandtnerianae fol. T. I pag. 76. „ Attila, inquit, vero regnauit annis quadraginta quatuor, ducatum tenuit annis quinque, vixit autem centum viginti quatuor annis. Post ingressum vero Hungarorum in Pannonia septuagesimo secundo, ab incarnatione autem Domini, quadringentesimo quadragesimo quinto anno diem clausit extremum.,,

(f) Pro ostia.

memorato cum *Wela*, *Kaducha* & aliis Capitaneis. Diuulgato ergo eius obitu obstupuit orbis terrae, & vtrum plangerent inimici eius, vel gauderent, haesitabant: multitudinem filiorum formidantes, qui quasi populus vix poterat numerari. Vnum etenim ex filiis post ipsum credebant regnaturum. Sed *Ditrici* astutia Veronensis ac Principum *Allamanniae*, quibus Rex *Ethela* in collo residebat imperando, in partitas diuersas Hunorum communitas est diuisa, ita quidem, vt quidam *Chabam* Regis *Ethelae* filium ex Graecorum Imperatoris filia seu *Honorii* genitum; alii vero *Aladarium* ex *Cremildi* Germaniae principissa procreatum praeficere in Regem post *Ethelam* nitebantur. Quia vero pars sanior *Chabae* adhaerebat; extera autem natio *Aladario*, eapropter vtrique inceperunt imperare. Tunc *Ditrici* astutia, qui fauebat *Aladario*, praelium inter ambos fuscitatur. In primo ergo praelio *Aladarius* superatur: in secundo autem, quod *Sicambrie* per XV dies continuo committitur, exercitus *Chabae* sic deuincitur & prostratur, quod perpauci filii *Ethelae*, Hunique remane-  
rent



rent. Istud enim est praelium, quod Huni praelium *Crumbelt* vsque adhuc narrantes vocauerunt. In quo quidem praelio tantus sanguis germanicus est effusus, quod si Teutonici ob dedecus non celarent, & vellent pure referare, per plures dies in Danubio aqua bibi non poterat, nec per homines, nec per pecus, quam de *Sicambria*, vsque Urbem *Potentiae* sanguine inundauit. Fugit ergo *Chaba* cum XV millibus Hunorum in Graeciam ad Honorium, & quamuis retinere voluisset, & Graeciae incolam efficere, non permanfit, rediens in Scythiam ad patris nationes ac cognatos. Qui dum Scythiam introisset, mox incepit suadere, quod penitus redirent in Pannoniam vltionem de Germanicis accepturi. Remanserant quoque de Hunis virorum tria millia ex praelio *Crimildino* erepti per fugae interfugium, qui timentes occidentis nationes in campo *Chigle* vsque *Arpad* permanserunt, qui se ibi non Hunos, sed *Zaculos* vocauerunt. Isti enim *Zacui* Hunorum sunt residui, qui dum Hungaros in Pannoniam iterato cognouerunt remeasse, redeuntibus in *Rutheniae* finibus

bus occurrerant, in simulque Pannonia  
 conquestata, partem in ea sunt adepti,  
 non tamen in plano Pannoniae, sed cum  
 Blackis in montibus confinii sortem ha-  
 buerunt. Vnde *Blackis* commixti litte-  
 ris ipsorum vti perhibentur. Isti quippe  
*Zaculi* in Graecia periisse *Chabam* pu-  
 tauerunt. Vnde vulgus adhuc loqui-  
 tur in communi: *Tunc redire debeas,*  
*dicunt recedenti, quando Chaba de Graecia*  
*reuertetur.* Iste igitur *Chaba* filius *Ethelae*  
 est legitimus, ex filia Honorii Impera-  
 toris Graecorum genitus, cui *Edemen*  
 & *Ed* filii sui sunt vocati. *Edemen*  
 autem, cum Hungari in Pannoniam se-  
 cundario sunt reuerfi, cum maxima fa-  
 milia Patris sui & Matris introiuit.  
 Nam Mater eius de *Corosminis* orta  
 erat. *Ed* vero in Scitia remansit apud  
 Patrem. Ex isto enim *Chaba* genera-  
 tio *Abae* est egressa. Cum igitur *Cha-  
 ba* adiens in Scitiam nobilitate geni-  
 tricis in communi se iactaret, Huno-  
 rum nobilitas ipsum contempnebat, af-  
 ferentes eum non verum esse alumpnum  
 Regni Scithiae, sed quasi *Missitalium*  
 exterarum nationis. Propter quod e  
 Scitia, uxorem non accepit, sed tra-  
 duxit



duxit de gente *Corosmind*. Postquam autem filii *Ethelae* in praelio *Crumhelt* cum gente Scitica fere quasi deperissent, Pannonia exstitit X annis sine Rege, Sclavis tantummodo, *Graecis*, *Teutonicis*, *Messianis* & *Vlahis* aduenis remanentibus in eadem, qui vivente *Ethela* populari seruitio sibi seruibant. Surrexit tandem *Zvataplug* filius *Morot* Princeps quidem in *Polonia*, qui *Bracta* subiugando *Bulgaris*, *Messianisque* imperabat, incipiens similiter in Pannonia post Hunorum exterminium dominari. Hunc quidem Hungari de fluuio *Hung* variis muneribus allectum, & nuntiis explorantes, considerata illius militia immunita, ipsum *Zvataplug* irruptione subita prope fluuium *Racus*, iuxta *Banhida* in quodam oppido, cuius interrupta adhuc eminent, cum tota militia peremerunt; & sic Pannoniae populis, qui superius sunt notati, inceperunt dominari. Tradunt quidam, quod Hungari *Morot* non *Zvataplug* in secundo eorum reditu in Pannonia reperissent principantem. Hoc idcirco esse habet, quia *Morot* pater eius, nomine maior erat, sed confectus senio re-

pau-

paufabat in caftro, quod *Bezprem* nominatur. Audito infortunio, quod filio acciderat, morte fubita ob dolorem finiuit vitam fuam, filius vero in dominando nouus erat. *Explicit liber primus de introitu.*

*Incipit fecundus liber de reditu (a)*

C A P V T I.

\*) **D**igestis ergo Hunorum natalibus, praelijs felicibus & finiftris; quotiensque fua loca immutauerunt; nunc videndum eft, quo tempore redierint in Pannoniam iterato, & qui fuerint redeuntium Capitanei, quantusque numerus armatorum praefenti opufculo apponere dignum duxi. Impe-  
rante

(a) Haec minio fcripta cernuntur;

\*) Omiffa littera D, fpatioque eidem relicto incipit.



rante ergo *Ottone Suevo in Germania & Italia; in Francia Ludouico Rege Lotharii filio, & Graeciam Antonio duro, filio Theodori gubernante DCCCLXXII* anno ab incarnatione Iesu Christi, Huni siue Hungari denuo ingressi in Pannoniam (b) transferant per regna *Bessorum, Alborum Comanorum, & ciuitatem Kyo (c) & deinde in fluuio Hung* vocato, vbi castrum fundauere, resederunt. A quo quidem fluuio Hungari a gentibus occidentis sunt vocati.  
Cum

---

(b) M. Ioh. Thwroczius aliter: Anno igitur, ait ab incarnatione Domini Iesu Christi septingentesimo quadragesimo quarto, a morte vero Attilae Regis tercentesimo primo vulgariter Magyari, siue Huni latine vero Hungari, tempore Constantini quinti Imperatoris & Zachariae PP. denuo ingressi sunt Pannoniam. Mss. membr. Anno igitur ab incarnatione Domini, *sexcentesimo, vel sexingentesimo septuagesimo septimo; a morte vero Attilae Regis centesimo anno.* Ms. Vien. *Kezæ Chart. apographum DCCCLXXXVIII.*

(c) Vulgo *Kion, Kiouiam* urbem Sarmatiae ad *Borysthenem* fluuium.

Cumque & alia VI castra post hunc fundauissent, aliquamdiu in illis partibus permanere, tandemque *Zvataplug* interemto, quemadmodum superius est narratum, in VII exercitus sunt diuisi ita quidem, vt vnus exercitus sine centurionibus, decurionibusque vnum haberet Capitaneum, cui tamquam Duci deberent vnanimiter intendere ac parere. Habebat enim vnus exercitus XXX millia virorum armatorum exceptis decurionibus ac praefectis. Egressi ergo vexillis erectis cum vxoribus, liberis & armentis, *D* anubium in *Pest* & in portu *Zub* transierunt, vbi castrum quoddam circa *Danubium*, in quo erant Milites *Zvataplug* recollecti, qui fuere erepti per fugam, quando Dominus ipforum interierat, expugnarunt; in quo quidem affinem *Morot* nimis vetulum cum aliis perimentes, vsque hodie fabulose *Morot* ipsum fuisse asseuerant. Ex istis ergo Capitaneis *Arpad* filius *Almi*, filii *Elad*, filii *Vger*, de genere *Turul* rebus ditior erat, & potentior gente. Hic igitur *Arpad* cum gente sua Ruthenorum alpes prior perforauit,



uit, & in fluuio *Vng* primus fixit sua castra, eo quod eius profapia ista prae ceteris Scitiae tribubus praerogatiua inestitur dignitate, vt exercitum praecedit eundo, retrograditur redeuntem. Et cum transmeato Danubio Pannoniam introisset ipse *Arpad*, in loco illo fixit tabernacula, vbi modo *Alben* ciuitas est fundata. Illeque locus primus existit *Arpad* Ducis. Alterius vero exercitus Capitaneus *Zobole* vocabatur, qui in eo loco fixit sua castra, vbi modo *Chakwara* iacet desolata. Ab isto *Zobole* generatio *Chak* esse habet. Tertii quidem exercitus *Iula* fuit Capitaneus, hic, cum aliis in Pannoniam introisset in partibus *Erteuehs* tandem habitauit. Sed quarti Capitaneus, *Vrs* est nominatus; ipse circa flumen *Soio* sua tabernacula fixisse perhibetur. Quinti vero exercitus *Cund* est dictus Capitaneus. Hic circa *Nyr* habitauit, huius filii *Cusid* & *Cupian* sunt vocati. *Lel* ergo exercitus sexti ductor fuerat. Iste circa *Golgocha* primitus habitans, exinde *Mes-*  
*sianis* & *Boemis* extirpatis, tandem in partibus *Nitriae* saepius fertur habitasse. Ex isto *Zuard* oritur tribus & cognatio.

tio. Septimi quidem exercitus *Werbulchu* Dux est dictus. Hic in *Zala*, circa lacum *Bolotum* descendisse perhibetur. Pro eo enim *Werbulchu* (d) est vocatus, quia *Cun* auus eius in praelio *Crimildino* per Teutonicos fuisset interfectus, & id ei pro certo constitisset, volens recipere vindictam super eos, plures Germanicos assari fecit super veru, & tanta crudelitate in eos dicitur exarsisse, quod quorundam quoque sanguinem bibit sicut vinum. Isti quidem Capitanei loca, descensumque, ut superius est dictum, sibi elegerunt. Similiter & generationes aliae, ubi eis placuit eligentes. Cum autem resedissent Pannonia occupata, tandem *Moraviam* & *Boemiam* bonis omnibus spoliarunt *Waratislao* eorum duce in praelio interfecto. Post hoc vero *Carinthiam*

D 3

am

(d) Si aliquid coniectura adsequi licet, existimo ex adiunctis rerum huius Ducis nomen ex duabus vocibus hungaricis *Ver* (*Wer*) & *Bultsu* (*Bulchu*) componi, quod idem significat, ac sanguinis vel sanguineam indulgentiam. Id fortan non male. An non conveniant rebus nomina saepe suis?



am hostiliter adeuntes, vltra castrum  
*Leopah Meraniae* Dux *Gotfridus* nomi-  
 ne, Duxque *Eberhardus* cum *Aquile-*  
*giensi* Patriarcha ipsis occurrentes atro-  
 citer infimul pugnauerunt. Et quamuis  
 ex Hungaris plures corruissent in prae-  
 lio memorato, vtrique Duces occidun-  
 tur, Patriarcha per fugam liberato.  
 Abinde spoliata *Carintia*, *Siria* & *Car-*  
*niolia* cum maxima praeda in Pannoniam  
 reuertuntur. *Conradus* vero Imperator,  
 vt audiuit latrocinationem gentis suae,  
 exiens de *Italia*, intrauit *Augustam Sue-*  
*viae* ciuitatem, vt exinde in Hungari-  
 am introiret, Hungaros inuasurus. Sed  
 interea Romae bellum generatur inte-  
 stinum, & Caesar Romam redit. Tunc  
 Hungari exeuntes intrant in *Bulgariam*,  
 ex qua armenta & captiuos extrahunt  
 infinitos, redeuntes tandem cum victo-  
 ria in Pannoniam. Tempore item alio  
 per *Forum Iulii* intrant Lombardiam,  
 vbi *Luitardum Wercellanae* ciuitatis E-  
 piscopum, Imperatoris *Caroli* consilia-  
 rium fidissimum occidentes ex ipsius  
 Ecclesia thesaurum maximum rapue-  
 runt, totaque pene *Lombardia* demoli-  
 ta cum maxima praeda in Pannoniam  
 re-

reuertuntur. Post haec *Saxoniam*, *Thuringiam*, *Sueuiam* *Rheno* circa *Maguntiam* transpassato, orientalem *Franciam* & *Burgundiam* demoliti Ecclesias etiam plures destruxerunt. Et cum *Rhenum* in *Constantia* in reditu pertransissent, & cum maximo honore venissent in *Bauiariam*, circa castrum *Abah* Alamannicus exercitus ipsos inuadit ex abrupto, quibus viriliter resistentibus, praelio confecto Teutonici sagittis deuincuntur, ybi capitur *Hertindus de Suarchumburg* Imperatoris Mariscalus, id est militiae suae Princeps, & alii quamplures nobiles cum eodem; & licet inaeestimabilem pecuniam pro redemptione eorum tradidissent, ante *Ratisponam* in signum positi, sagittis crudelissime ciuibus in muro stantibus & admirantibus perforantur, & sic tandem cum victoria & praeda maxima ad propria reuertuntur. Transactis igitur paucis diebus *Lel* & *Bulchu* per communitatem Hungarorum in Teutonium destinantur, & cum *Augustam* peruenissent vltra fluuium *Luh* in p. ato fixere sua castra, ciuitatem diuturnis & nocturnis bellis molestantes. Cumque subitis saltibus capere



non valerent, obstinati nolentes recedere de suburbio *Vrrius* Episcopus cum ciuibus ad Caesarem missis nuntiis animant eum, vt succurrat ciuitati, quia Hungari obsidentes eos, licet sint plurimi, non se custodiunt, qui facillime poterunt debellari. Egressus itaque Imperator de *Vimensi* curia veniens celeriter & absconse explorato processu & exercitu Hungarorum in hora tertia cum plueret, irruit super eos, & vnum exercitum viciniorem ciuitati festinanter debellauit. Quo viso *Lel* & *Bulchu* fugae remedium quaeritantes in nauem se colligunt, submittentes se per Danubium, vt fugiant in Hungariam. Qui quidem in transitu *Ratisponae* captiuati Caesari transmittuntur, quos Caesar iudicio suspendii condemnando *Ratisponae* fecit occidi in patibulo. Quidam vero ipsos aliter dampnatos fabulose asseuerant, quod Caesari praesentati vnus illorum cum tuba in caput ipsum Caesarem occidisset feriendo. Quae sane fabula verosimili aduersatur, & credens huiusmodi leuitate mentis denotatur. Nam personae criminosae ligatis manibus conspectui principum prae-

praesentantur. Verum quidem est, & libri continent Chronicarum, vt blasphemati audacter Caesari inuiose (e) sunt locuti, asserentes, quod si ipsos occidi fecerit, de gente sua de cetero nullus captus viuere poterit, sed vel in perpetuam tradetur seruitutem, aut nullo iudicio praecedente occidetur. Quod & factum est. Quia vt Hungari audierunt, vt Caesar sic ipsos occidisset, omnes captiuos Teutonicos, tam mulieres, quam paruulos vsque ad XX millia iugularunt. Alius vero exercitus, qui distabat ab *Augusta*, impetum Caesaris vt peruenisset super socios, in vnam filuam se collegit, & vt eius exercitum dispersum recognouit, persecutus est maiorem aciem gentis suae, quae tendebat versus *Renum*, quam in campo coniungens cursitando, se insimul adunauit sicut apes, quam sagittis vulnerando, nec descendere, nec recedere permiserunt, qui se tandem velut mortuos in manus dederunt Hungarorum. Quos quidem vt ceperunt, omnibus caput detruncarunt pro exe-

D 5

quiis

---

(e) Pro *iniuiose*: quod melius est



quibus sociorum. Fuerant autem numero milites & scutiferi quasi VIII milia, quorum capita sunt truncata. Abinde egressi postmodum Danubii fluuium in *Ulmam* transierunt, & ad *Wiltensje* coenobium cum venissent, thesaurum magnum exinde rapuerunt, & post hoc tota *Sueuia* Renum *Wormatiae* transierunt, ibique duos Duces, scilicet *Lotharingiae* & *Sueviae* cum maximo exercitu contra eos venientes inueniunt. Quibus devictis & fugatis tandem *Franciam* intrauerunt, vbi Christianis & Coenobitis persecutio valida facta est per eosdem. Exinde autem egressi, vsque fluuium *Rodanum* venientes, duas ciuitates, scilicet *Segusam* & *Taurinam* spoliarunt. Per alpes Italiae sibi viam praeparando, & cum planum vidissent *Lombardiae*, concitatis cursibus spolia multa rapuerunt, & sic tandem ad propria reuertuntur. Postquam vero *Lel* & *Bulchu* vt superius est narratum, interissent, exercitus siluit non intrans vlterius in *Germaniam*; nam *Francia* & *Germania* vnanimiter concordantes simul in vnum adunati venientibus *Hungaris* deberent resistere vsque

que vitam. Propterea Hungari in Almanniam vsque tempora Regis *Stephani* semper ire dubitabant, ne gens occidentis eos inuaderet simul adunata. Postquam autem Italiae Prouincias aliquas spoliassent, V annis fuere sine motu. Tandem in *Bulgariam* adeuntes vsque *Ydropolim* peruenerunt; dumque exercitum super se venientem non vident, vsque *Constantinopolim* venientes descenderunt prope murum. Tunc Graecus vnus magnus, sicut Gygans emittitur, qui duos Hungaros cum eo luctari postulabat, vociferans in hunc modum; vt si ambos Hungaros in terram non prostraret, extum Graecia censuabilis Hungaris subiace et. Cumque idem Graecus exercitui esset plurimum infestissimus, quidam Hungarus *Botond* dictus Graeco opponitur ad luctandum, a eaque praeparata, arrepto dolabro, quem ferre consueuerat, super portam Urbis, quae aerea erat, praecucurrit, tantamque fissuram in ea fecisse dicitur cum dolabro vno ictu, vt Graeci propter monstram ipsam portam resarcire noluerunt. Quo quidem facto ad aream luctandus inermis aggreditur; & ad specta-



etaculum Hungari in equis, Graeci ad  
 muri propugnacula conuenerunt. Cum-  
 que Graecus exisset de Vrbe iturus ad  
 aream, vidit *Botond* solum stantem pa-  
 ratum ad luctandum, exclamauit: qua-  
 re alium Hungarum non adiungeret sibi  
 in auxilium? Tunc *Botond* aggresso ipso  
 sic eum comprehendisse perhibetur, vt  
 praeteriit parua hora in luctando, quod  
 Graecus prostratur, non valens resurge-  
 re vilo modo. Quo viso Graecorum  
 Imperator & alii Graecorum proceres;  
 Imperatrix etiam cum suis dispotinis de  
 muro egredientes ad sua palatia perre-  
 xerunt prae summa verecundia, quod  
 acciderat, reputantes: & licet Graecus  
 sic allisus superuieret cum fracto bra-  
 chio, occasio tamen sibi fuit, ipsa lucta  
 mortis suae. Obtento itaque Hungari  
 certaminis brauiio pro censu postulando  
 ad Graecos nuntios destinant, quibus  
 Imperator subridendo nullum verbum  
 dicitur respondisse. Tunc Hungari cum  
*Tojun* eorum Duce consilio inito, e-  
 gressi de loco illo totam *Graeciam* &  
*Bulgariam* spoliantes ex ipsis aurum,  
 gemmas, lapides pretiosos, captiuos si-  
 ne numero & armenta infinita rapiunt,  
 re-

redeuntes tandem cum gaudio in *Pannoniam*. Istud enim existit vltimum spoli-  
 um, quod fecere Hungari sub ritu pa-  
 ganismo constituti. Communitas itaque  
 Hungarorum cum suis Capitaneis seu  
 Ducibus, quos pro tempore praeficere  
 vsa erat, vsque tempora Ducis *Geichae*  
 hinc inde huic mundo spolia & pericu-  
 la dinoscitur intulisse.

---

## C A P U T II.



**A**nno vero Dominicae incarnationis  
 DCCCCLXVII *Geicha* Dux\*) diuino  
 praemonitus or aculo genuit Sanct. Regem  
*Ste-*

---

\*) Cum S. Stephani corona redimiti memoria  
 iniiciatur, aliqua de sacro illo diademate  
 dicere hoc loco dignum duxi. Coronam  
 S. Stephano ab aliquo summorum Ponti-  
 ficum missam fuisse muneri, dubitari cum  
 ratione minime potest. Testantur hoc  
 modo Scriptores veteres CHARTVITIVS,  
 vel



*Stephanum* (f) *Mihal* vero frater *Geichae* genuit *Wajul* & *Zar Ladislaum*.  
At Rex *Stephanus* plures quidem filios  
ge-

---

vel cuiuscumque nominis priscus *legendae* auctor & *THOMAS Archidiaconus Spalatenfis*, sed & *Andreas II.* in diplomate anni *MCCXXXIII* & *Ladislaus Cumanus* apud *Odor. Rainald.* in instrumento anni *MCCLXXIX* *Status* & *Ordines Regni* in tractatibus cum *Cardinale Gentile* anno *MCCCVIII* habitis; & Pontifex *Bonifacius VIII* in bulla quadam anni *MCCCI* id vltro agnoscunt & fatentur. Sed nec in *CHARTVITIO*, aut *THOMA Archidiacono*, nec in diplomatibus memoratis nomen summi Pontificis, a quo corona Hungariae profecta est, memoriae proditum reperitur. *BARONIVS* omnium primus est, qui donum coronae Hungaricae Pontifici *Siluestro II.* adscribit. Hoc vt crederet, auctoritas *CHARTVITHI* apud eum effecit. *CHARTVITIVS* enim, tametsi nomen Pontificis silentio prefferit, ait *Geysam* Patrem *S. Stephani* anno *CMXCVI* e vita decessisse, filium vero *Stephanum* quarto post patris obitum anno legatos Romam pro corona impetranda misisse. Qui quartus post obitum *Geysae* annus cum in annum  
Christi

genuit, sed super omnes vnum genuit  
*Emricum* nomine Deo & hominibus ho-  
 no-

Christi millesimum incidit, illo vero an-  
 no *Silvester II.* Ecclesiam rexit Christiana-  
 nam, recte sibi intulisse visus est BARO-  
 NIVS *Coronam Hungariae S. Stephano a*  
*Silvestro II.* fuisse missam. Haec optima  
 fide BARONIO, auctoritate nempe CHAR-  
 TVITHI nixus. In Codicem tamen CHAR-  
 TVITHI mendum in numeris subrepsisse,  
 probabile omnino est. Omnes enim Scri-  
 ptores. BARONIO vetustiores, tam exteri,  
 quam domestici, in eo mire consentiunt,  
 donum coronae Hungaricae nemini alteri,  
 quam BENEDICTO VII. deberi. Ab extra-  
 neis huc retuleris MARTINVM *de Sengino*  
 in nota *actui consecrationis & coronationis*  
*Alberti Regis Hungariae* adiunda; in BERN.  
 PEZII thesauro *Anecdotorum* nouissimo  
 Tom. VI. pag. 232. DLVGOSVM in *Hist.*  
*Polon.* Lib. II. pag. 121. 122. & *Carolus*  
*Caraffa* Nuncium Apostolicam ad aulam  
*Ferdinandi II. de Germania sacra* restau-  
 rata, pag. 220. edit. *Colonies.* An. MDC  
 XXXIX. Ex domesticis BONFINIVM Dec.  
 II. Lib. I. ISTVANFFIVM Lib. I. p. m. 6. PE-  
 TRVM de REWA apud *Schwandtnerum* T.  
 II. pag. 438. NADANYIVM in *Floro Hun-*  
*garico* Lib. II. C. II. Annam missae per  
 Be-



norabilem. Sanctus namque Rex *Stephanus* coronatus, \*\*) & tandem Duce  
*Cuppan*

---

*Benedictum VII.* corone, vnus, quantum noui, definit Nitriensium Praesul ZACHARIAS MOSSOTZI in vita *S. Stephani Regis Corpori Iuris Hungarici* adiuncta, decretisque *S. Stephani* praemissa his verbis: *Huic (S. Stephano) Benedictus VII Pont. Max. A. CMLXXXIII.* Angelico monitus oraculo, coronam misit, & per legatum suum inungi, & solemnii pompa coronari facit. Adde, quod NESTOR, Pater Russicae Historiae, Scriptor saeculi XI *Stephano* nostro iam ad annum CMXCIV inter Regali auctoritate fulgentes Principes locumprobeat. Alibi fusius hoc de argumento.

- (f) M. IOH. THWRO CZ anno Dominicae incarnationis DCCCCLXIX natum adfirmat, cui assentitur RANZANVS. Eiusdem sententiae est auctor breuis vitae *S. Stephani* decretis eius praeponi solitae. „ MELCHIOR INCHOFFERVS, inquit praestantissimus „ TIMON, quem ego in *Synopsi rerum* „ *Hungaricarum* sequutus sum, ortum eius „ in rebus anni DCCCCLXXXV attingit. „ FRANCIVS OTROKOTSIVS in *Historia* „ *Ecclesiastica* sentit, ortui sancti huius Regis congruere annum minimum DCC-  
 CC-

*Cuppan* interfecto, *Iula* auunculo suo  
cum vxore & duobus filiis de septem  
ca-

„ CCLXXVI. Considerate profecto is &  
„ neruose refellit meam & INCHOFFERI  
„ opinionem, expendens administratum  
„ ab eo bellum altero anno, quam pater  
„ decessit: tum designata sacerdotia, alia-  
„ que egregia cogitata, & facta; & pau-  
„ cis interiectis. Quis enim (prosequi-  
„ tur) belli summam? quis constitutio-  
„ nem sacrorum crederet adolescentulo  
„ ac pene puero? tantae, tamque exi-  
„ miae ac diuinae res certe adtribui non  
„ possunt iuueni quintum decimum annum  
„ agenti. Grandiorem itaque natu illum  
„ fuisse oportuit, dum gubernacula rei-  
„ publicae tractare coepit. Quare con-  
„ cedendum est in sententiam *primi Hun-*  
„ *garicorum Annalium Conditoris*. Cui  
„ quoque ab antiquis artificibus in picturis  
„ D. Stephani expressi longaeuam aeta-  
„ tem viri arguunt. „ Hucusque TIMON,  
„ qui natalem S. Stephani annum fluctuans  
„ DCCCCLXIX indicat, quem deinde *in*  
„ *Epitome Chronologica*, anno, inquires,  
„ CMLXIX nascitur S. Stephanus iuuentis  
tis



castris in Hungariam adducto, & adiuncto septem castra Pannoniae. Post hoc cum

---

tis verbis adfirmavit. Alii Scriptores in diuersas abeunt sententias HANSIZVS, STILTINGVS, PRAYVS annum CMXXCIII. vel CMXXCIV. INCHOFFERVS annum CMXXCV, vt paullo ante indicatum fuit. BARONIUS, SPONDANVS, & BALBINVS annum CMXXCIX. HENSCHENIUS CMXCIV tempus nati *Diui Stephani* constituunt. In tanta opinionum ac sententiarum varietate, pertinacique Synchronorum, aut Supparium Scriptorum silentio, cum nihil certi a se CL. KATONA statui posse censeret, nouam CL. HELII chronotaxim sequendam putauit; cuius rationes, quibus adductus eandem constituerit, etsi nondum sibi (vt ait) innotuerint, excussis tamen omnium sententiis, nihil tutius agendum esse sibi videtur, quam, vt cum eodem medium teneat, annumque natalem *S. Stephani* ad annum CMLXXIX. affigat. Hac enim via (prosequitur idem Cl. Vir.) geminos scopulos evitare posse arbitramur, in quos partim illi, qui pauciores, partim, qui plures annos *S. Stephano* tribuere solent, impingunt. Videamus igitur praecipuum Epochae *Helianae*

cum *Kean* Bulgarorum Duce & Sclauorum  
 praeliatus est ; quo deuicto de  
 E 2 ipfius

nae fundamentum , quod mihi ex amici  
 epistola innotuit. Niritur illud *Capite* LVI.  
 & LVII. *Anonymi Belae Regis Notarii*.  
 Certum enim est Hungaros anno CMLV  
 ingenti clade fuisse affectos ab *Ottone*.  
 Acceptam cladem, & probrosam necem  
*Leli* ac *Bulchi Zulta* dicitur variis in Ba-  
 uariam, Allemanniam, Saxoniam & Thu-  
 ringiam, immo Galliam & Italiam susce-  
 ptis expeditionibus & depraedationibus  
 acerrime vindicauisse. *Post reuersionem ve-*  
*ro militum suorum, fixit metas Regni Hun-*  
*gariae Zulta*, constitutis denique finibus  
 regni, cum iam Hungari in Regno hoc  
 radicati essent, tunc *Dux Zulta* dedit fi-  
 lio *Tocsum* uxorem, ergo certe non ante  
 annum CMLVII cum bellis in Germania,  
 Gallia & Italia confectis & postmodum  
 firmandis regni finibus, vt minimum duo  
 anni concedendi sint. *Geysa* itaque *Tocsi*  
 filius non prius nasci poterat, quam an-  
 no CMLVII vel CMLVIII. Si ergo  
*Geysa* anno CMLXIX filium sustulisset  
*Stephanum*, tunc annos natus vndecim ge-  
 nuisset filium suum *Geysa* quod maxime  
 absouum est. Argumentum ex *Scriptoris*  
 saeculi



ipfius thefauro Beatae Virginis Eccle-  
fiam de *Alba* ditare non omifit, quam fun-  
daffe

---

faeculi XIII vnico exutum fine vlla dubi-  
tatione inuictum praeferreret robur, fi *Ano-  
nymus* idem *Notarius* infractae auctori-  
tatis effe non demonftraretur. Nam de ve-  
tuffis, & trium faeculorum interuallo a fe  
remotis vni differenti fcriptori fides ad-  
modum parua habenda eft, immo vix  
aliquo pollent robore illius testimonia, fi  
complures Synchroni ac Suppares aucto-  
res meliora ac proinde certiora, quin  
etiam contraria nos edoceant. Quid quod  
paffim luxatam Chronologiam plures Vi-  
ri docti animaduenterint? Nam specimi-  
nis cauffa ex iisdem capitibus, vnde prae-  
fidia ad nouam epocham ftabiliendam pe-  
tuntur, clare perfpici potefit, quantum  
*Anonymi* chronologiae fidendum fit, quan-  
do verbis: *Eodem anno* &c. inchoata nar-  
ratio, quibus Caput LVI ordiuntur ad annum  
CMXXXI refertur, cum tamen memora-  
tae ibidem rerum conuerfiones anno CM-  
LV fecundum communem Scriptorum  
confenfum euenerint, atque ita hoc ipfo  
capite, quo diuerfus annus natalis *D. Ste-  
phani* oftendi poffe videtur, anachro-  
nifmum turpem committat? Plura eius-  
modi

dasse perhibetur. Postquam autem  
magnificauit Dominus misericordiam  
E 3 suam

---

modi ad eleuandam Anonymi auctorita-  
tem occurrunt legenti, si omnia ad vi-  
uum refecare vellet. Hac de caussa *me-  
dium*, quod CL. KATONA sibi tenere vi-  
detur, cum Synchronorum vel Suppar-  
rium Auctorum testimoniis destituatur,  
reiiciendum censeo, maloque veterum  
rationibus inter se collatis, & momentis  
probe consideratis THWROCZIO *Par. II. C.*  
*XXVII RANZANO Indice VIII* adhaerere,  
& natalem Diui Regis statuere annum  
CMLXIX quam Epocham accuratissimus  
& acutissimus TIMON in *Imag. Hung. an-  
tiqu. L. III. C. VIII. p. 399* exquisitis  
firmiter rationibus. Nostris vero tempori-  
bus CL. CORNIDES in *Regum Hungariae, qui  
saeculo XI regnauerunt, Genealogia pag. 322.*  
*323. & sequ. aliisque in locis magna eru-  
ditionis copia, ingenii acumine, accitis  
vndique veterum & idoneorum Scripto-  
rum testimoniis, etsi in omnibus Viro do-  
ctissimo, vt videbitur, non assentiar, in  
aperta luce collocauit. Horum vestigiis  
insistere, & argumentis quoque meis tem-  
pus nati D. Stephani Regis ad annum  
CMLXIX reuocare ingenuus veritatis iu-  
bet*



suam cum B. Rege *Stephano*, subiecit-  
que eius dominio multarum gentium  
na-

---

bet amor. Illius vis, ut tanto magis per-  
spiciatur, hoc generaliter notandum est I.  
Annales Hungaricos, quod ad saeculi X  
& XI historiam pertinet, magnam partem  
ex variis Sanctorum *Stephani Regis*, *Eme-  
rici Ducis*, *Ladislai Regis*, *Gerardi Epi-  
scopi legendis* esse concinnatos. Certe se-  
mel atque iterum ac saepius ad legendas  
provocant. Sic Part. II. Cap. XXVII „  
Geicha vero diuino praemonitus oraculo,  
anno Dominicae incarnationis *nongentesi-  
mo sexagesimo nono*, quemadmodum in  
*legenda S. Stephani Regis* scriptum est,  
genuit *S. Stephanum Regem* ex *Sarolth*,  
filia *Gyulae*, „ *Legenda haec CHARTVITH*  
vix fuerit, sed ab illa, quam *Stiltingus* &  
a *Prayus* vulgauerunt diuersa, quom annum  
natalem *S. Stephani CHARTVITIVS* nusquam  
expresserit. Idem *ANONYMVS LEOBIENSIS*  
apud *PEZIVM* T. I. p. 759. disertis perhi-  
bet verbis; *Stephanum Regem Pannoniae*  
*baptizatum anno CMLXIX. II.* Alteram  
*Geyzae Ducis* conjugem fuisse *Adleidem*,  
eamque marito superstitem, vetustissimi  
*Annalium Polonicorum* Scriptores tradunt  
vnanimes ut *ANONYMVS* in *Chronica Prin-  
ci-*

nationes, statuit pompis huius saeculi  
deposito Regni diademate renuntiare,  
Dei-

*cipum Poloniae apud Sommersberg Script-  
rer. Siles. T. I. pag. 17. DLVGOSVS Hist.  
Pol. L. II. p. 98. CROMERVS Lib. III. &  
alii. Ductam a Geyza Adleidem anno  
CMLXXI prodidit HENELIVS apud Som-  
mersberg loc. cit. T. II. pag. 201. Prio-  
rem igitur Geyzae coniugem Saroltbam,  
Gyulae Transilvani sororem, ante annum  
CMLXXI decessisse consequitur. Sed prio-  
re vxore Saroltba, Gyulae sorore, na-  
tus est S. Stephanus, vti SYNCHRONVS AV-  
CTOR ANNALIVM HILDESHEIMENSIVM eius  
rei fidem facit, cui & ANNALISTA SAXO  
apud Eccard in corpore Historicorum me-  
dii aevi Tom. I. pag. 393 & Annale no-  
stri Domestici adstipulantur; quam ob rem  
S. Stephanus ante annum CMLXXI. lucem  
adspexerit, necesse est. III. CHRONICON  
EPISCOPORVM VERDENSIVM apud Leibnitzi-  
um in Scriptor. rer. Brunsvicens. T. II. p.  
215. ita habet ad apicem: „ His tempo-  
ribus (Brunonis nempe XVI Episcopi Ver-  
densis) Sanctus Adalbertus Pragensis Epi-  
scopus, Stephanum Regem Vngarorum cum  
multis baptizavit „ Atqui sedem adire  
coepit Bruno Verdensis Antistes anno  
CML-*



Deique folius feruitio exterioribus curis expeditus, deditus esse: coronam vero

---

CMLXII teste ANNALISTA SAXONE, obiit-  
 vero teste DISMARO L. III. & *Annalista Sa-*  
*xone*, anno CMLXXV. VII. Idus Martii:  
 vnde profecto S. *Stephani* baptismum in-  
 ter annos CMLXII & CMLXXV incidisse  
 luculente adfirmatur. Sed non conte-  
 mnenda difficultas enasci potest ex allato  
*Chronici Verdensis* tamquam sublesto, &  
 cum veritate pugnante testimonio propter-  
 ea, quod annus CMLXII. & ad annum  
 vsque CMLXXV sequentes *Diuum Alber-*  
*tum Antistitem Pragensem* apellent, da cum  
 tamen ex probatissimis Auctoribus con-  
 stet eundem Episcopali dignitate non nisi  
 anno CMLXXXIII primum ornatum fuis-  
 se? sed haec difficultas prorsus evanescit,  
 si animaduertatur multa a Scriptoribus per  
*προλεψιν* in monumentis, & a nobis in  
 quotidiano sermone vsurpari. An non  
 recte dixeris: *Willigis Moguntinensis*  
*Electo* patri in construenda rheda secun-  
 das iussit vires? *Caelestinus Eremita*  
 vniuersam rexit Catholicam Ecclesiam?  
*Ioannes Palffy Palatinus Hungariae* fuit  
 adliuus belli comes *Eugenio Sabaudiae*  
*Principi*? Et tamen nec *Willigis*, vt *Mo-*  
*gun-*

vero Regni, *Emrico* Duci suo filio  
 se daturum disposuit. Erat enim B.  
 E 5 Rex

*guntinus* Elector patrem rhedariam, sed  
 puer adiuuit; nec *Caelestinus*, vt *Ere-  
 mita* sed Pontifex Ecclesiam rexit; nec  
*Ioannes Pálffi*, vt *Pro-Rex Regni Hunga-  
 riae Eugenio* belli socius emicuit, cum  
 idem *Princeps Sabaudiae*, antequam *Palffi-  
 us* ad hoc fastigium eueheretur, prae-  
 mortuus sit? pari ratione hic *Adalbertus*  
*Sacerdos baptizans* intelligitur, qui dein-  
 de fuit *Episcopus Pragensis*. Inde argu-  
 mentum HANSITZII pro anno CMXXCV  
*S. Stephani* natali petatum esse arbitror,  
 quod Sanctum Stephanum a *S. Adalberto*,  
 vt *Episcopo Pragensi* baptizatum fuisse  
 idem existimauerit, Sanctus autem *Adal-  
 bertus* non ante annum CMLXXXIII crea-  
 tus sit *Episcopus Pragensis*. Sed precario  
 adsumit HANSITZIVS *S. Stephanum* conti-  
 nuo, vt in lucem editus est sacro lauacro  
 tinctum. Contrarium enim produunt Syn-  
 chroni Scriptores. Praeterea *S. Stephanum*  
 ante *Episcopatum Pragensem S. Adalber-  
 ti* baptizatum fuisse, clarissime patet ex  
*Ioannis Dlugoffi* narratione de *gestis S.  
 Adalberti in Hungaria* Lib. II. col. 116.  
 Adscribam verba: „ cum Gaudentio,  
 „ ce-



Rex *Stephanus* litteratus, naturali quoque ingenio caelitus eruditus; similiter &  
*Em-*

---

„ ceterisque Religiosis viris Hungariam  
 „ ingressus ad Ducem *Geysam* peruenit, in  
 „ fide catholica, & ceremoniis eius, quam  
 „ ipse (*S. Adalbertus*) ante annos aliquot  
 „ suscepisse eum (*Geysam*) audiuerat,  
 „ suis monitis & praedicationibus instru-  
 „ cturus, (Si audiuerat ab alio ergo iam  
 „ fidem suscepisse *Geysam*, adeoque &  
 „ baptizatum fuisse oportet). Cum au-  
 „ tem Duci *Geysae*, & consorti eius *Ad-*  
 „ *leidae* aduentus fuisset denunciatus, sum-  
 „ ma mox laetitia concepta ad laudes di-  
 „ uinas organa laxarunt, hunc enim vi-  
 „ rum ad se venisse, qui sibi in visio-  
 „ ne dudum fuerat praemonstratus, in-  
 „ telligebant. Cum magna itaque vene-  
 „ ratione, & deuotione susceptus, filio  
 „ Ducis *Geysae* confirmationis characterem  
 „ impendit &c „ Ex his colligitur I. S.  
 „ *Stephanum* a Diuo *Adalberto* confirmationis  
 „ sacramentum accepisse, quod supponit  
 „ iam baptizatum fuisse ante aduentum *S.*  
 „ *Adalberti* Episcopi II. Hoc tempore *S.*  
 „ *Adalbertum* fuisse Episcopum, quia solis  
 „ Episcopis competit confirmationis Sacra-  
 „ mentum administrare. Cum vero ante an-  
 „ num

*Emricus.* Cum itaque sanctissimus Pater  
curam ministracionis gubernandi filio  
fan-

num CMLXXXIII *S. Adalbertus* non fuerit  
Episcopus, hoc autem tempore confirmas-  
se dicatur *S. Stephanum*, sequitur manife-  
ste *S. Stephanum* tum temporis adultiore  
iam aetate floruisse, nec proinde anno  
CMLXXXIV. vel CMLXXIX, sed ante,  
primam adspexisse lucem. Quae omnia  
annum in *annalibus nostris* definitum miri-  
fice firmant. Non probo quidem alteri  
adtribui, quae adtribuenda erant *S. Adal-  
berto Sacerdoti*, apte tamen consequitur  
ex hoc quoque testimonio epochas a Cl.  
Viris, PRAYO, HELIO & KATONA pro nata-  
li *Diui Stephani* constitutas infirmo niti  
fundamento. *Sanctum enim Stephanum*  
non ab alio, quam *S. Adalberto* Episco-  
po baptismum accepisse, mire consentiunt  
fere scriptores omnes si vnicum ADEMA-  
RVM CHABANENSEM, *Monachum S. E-  
parchi Engolismensis*, in *Chronico apud  
Labbeum nouae Bibliothecae Mssorum Li-  
brorum* T. II. pag. 168. excipiamus, qui  
collati baptismi gloriam in *S. Brunnonem*  
transfert. Stant pro *S. Adalberto* baptisi-  
mi collatore praeter plerosque Scriptores  
Hungaros, Bohemos & Polonos, ANNA-



sanctissimo committere intenderet, Dux ipse morte est praeuentus. Fleuit ergo eum

---

LISTA SAXO, ALBERICVS MONACHVS, MARTINVS POLONVS & plures alii qui conferri possunt apud CL. CORNIDESIVM in opere laudato p. 324. 325. IV. Sed placet adhuc quidpiam ad rem nostram adiicere. *Sanctus Stephanus Giselam* duxit A.CMXXCV teste Synchrono HERMANNO CONTRACTO. Itaque difficultatibus implicabimur vix expediendis, si vel cum STILTINGO, HANSITZIO & PRAYO annum CMLXXXIV vel cum INCHOFFERO annum CMLXXXV vel denique cum BARONIO SPONDANO, BALBINO annum CMLXXXIX natalem talem *S. Scephani* pronuntiemus. Primum enim si dicamus, tunc *Stephanus Giselam* tori sociam sibi adsciscens annos erat natus XI; alterum si statuamus, *Stephanus* aetatis anno X maritus est effectus; postremum denique si adstruamus, *Stephanus* uxorem duxerit, puer sexennis est necesse. Quae singula, ita absurda omnino sunt, ut ea recitare, me iudice, sit refellere. Si *Helianam* de anno natali *S. Scephani* CMLXXXIX hypothese[m] admittamus, erat *S. Stephanus* annos natus duntaxat XVI, cum inuisset matrimonium, quod verisimile non videtur. Omnia e contrario eleganter inter se conspirant, si fide annali-

eum pater eius insolabiliter, totaque  
 Hungaria, & prae nimio dolore ac tri-  
 stitia

um domesticorum, a quibus sine necessi-  
 tate recedendum non est, nitamur. Pro-  
 dunt illi annum natalem *S. Stephani Regis*  
 CMLXIX; agebat itaque ex nostra suppu-  
 tatione annum aetatis XXVI, vel iuxta  
 Kezam annum XXVIII quum *Gisela* vxo-  
 rem acciperet, quae sane vtraque aetas  
 ad matrimonium contrahendum maxime  
 idonea est. Ceterum magnam illam de  
 anno natali Diui Regis varietatem, & dis-  
 fensionem illud profecto effecerit, quod  
 omnes fere illi Viri laudati *S. Stephanum*  
 vno eodemque anno & natura, & a *S.*  
*Adalberto Pragensi Episcopo* sacris undis  
 ablutum fuisse, firmissime sibi persuaserint,  
 quod tamen nullus veterum, si ab vno  
 Chartuicio (*editionis Belianae*) discesseris  
 adfirmavit, vnquam. Cum igitur *S. Adal-  
 bertus* anno CMLXXXIII, vt supra innui-  
 mus, primum Episcopen adiuerit Pragen-  
 sem; omnes illi Viri docti, vel hoc ipso,  
 vel certe sequentibus in vitam venisse Di-  
 um Regem: statuere coacti laqueis vix  
 exsuperandis se se implicuerunt. Sed  
 haec & alia, quae ad natalem Diui Re-  
 gis annum; aliaque adiuncta pertinent  
 fin.



ffitia incurrit aegritudinem: pedum enim dolore urgebatur. Nam maxime eapropter

---

singulari dissertatione vberius illustrabuntur.

- \*\* ) *Geysam* Ducem AVCTOR *Synchronus Fragmenti, Aquitanicae Historiae, apud PETRUM PITHOEVUM in Annalium & Historiae Francorum ab anno Christi DCCVIII ad annum CMXC Scriptoribus coetaneis XII Francof. MDXCIV p. 524. ADEMARVS CHABANENSIS Monachus S. Eparchi Engolismensis in Chronico apud Labbeum Nouae Bibliothecae Mstorum librorum T. II. pag. 168. ANONYMVS in Chronico Principum Poloniae IOANNES item in Chronica Polonorum apud F. W. de Sommersberg Script. rer. Siles. T. I. p. 3. Quin etiam Otto Imperator in litteris ad Piligrimum Episcopum Pataviensem a IOH. MABILLONIO, veterum Analectorum T. IV p. 345. & in actis sanctorum Ordinis S. Benedicti Saecul. VI p. I. pag. 81 recitatis, Regis titulo eum appellat. Tantaе auctoritatis epistola haec visa est Doctissimo Viro IOHANNI PELZIO, vt ex iis argumentum peteret affirmandi, *Geysam* fuisse vltimum Ducem, & primum Regem Hungarorum, in sua: *Hungaria*  
sub*

pter, vt de suo sanguine dignus nullus  
esset Regni corona sublimari, & qui  
ipso

*sub Geisa, siue Historica de rebus Geysae,  
vlimi Ducis & primi Regis Hungarorum  
Regem LVITPRANDVS rerum gestarum ab  
Europae Imperatoribus & Regibus, L. V.  
CXV edit. Antverp. MDCXL p. 105 vo-  
cat? Au non eidem hanc ipsam tribuit  
adpellationem CHRONOGRAPHVS SAXA ad  
an. CMXLIX apud LEIBNIT. Accession.  
Histor. Vol. I. p. 160. ALBERICVS Mona-  
chus trium fontium apud eundem Vol. II.  
p. 285. aliique multi? Quid quod etiam  
Bogatum, idem LVITPRANDUS l. c. L. II.  
C. XV. p. 44. Bulsum & Leelem Hepida-  
mus in Annalibus breuibus rerum in Aleman-  
nia gestarum, praefixis Tomo I. scripto-  
rum rerum Alemannicarum Goldasti ad an.  
CMLV. Gyulam Chrooicon Hildeshcim. ad  
ann. MIII apud FRANCISCVM DVCHESNE in  
Historiae Francorum Scriptoribus T. III.  
p. 517 & ANNALISTA SAXO ad ann. M. III  
in I. G. Eccard Corp. Historicor. medii ae-  
ui T. I. p. 393. Reges pronunciauerint?  
hos fere omnes excepto vltimo, & alios  
Diui stephani Maiores veri nominis Re-  
ges fuisse contra Cl. CORNIDES adserimus  
cum, nec illis potentia, nec insignia Re-  
gie*



ipso mortuo gentem tam nouellam in fide catholica posset conseruare. Interea

---

gie defuerint. Conseruabant enim Diui Regis maiores in Gaza sua complures coronas partim ex haereditate *Attilana* ad se transmiffas, partim spoliis ex hoste captas. Talis erat *corona* illa, quae Hungaris, dum an. CMXXXVII. *Capuam* depopularentur in praedam cessit. Quid quod ipsum Diuum Regem testem mei asserti grauissimum habeam? Ita enim ille *Decretor. L. I. C. C. VIII. § III. ad S. Emericum* p. m. 126. „ Propterea Fili charissime!  
 „ sine! edicta patris semper tibi sint *promptuosa*, vt prosperitas tua vbique Regalibus dirigetur habemus. Mores quidem meos, quos Regoli vides conuenire dignitati; sine vinculo totius ambiguitatis sequere. Graue enim tibi est huius climatio tenere Regnum, nisi imitator consuetudinis, ante Regnantium existens Regum. *Et vt domestici Reges non exteri intelligantur subiungit.*  
 „ § 4. Quis *Graecus* regeret Latinos Graecis moribus? aut quis *Latinus* Graecos Latinis regeret moribus? Nullus. Idcirco consuetudines sequere meas, vt in tuos habearis praecipuus, & inter alia

rea vero viribus corporis cepit repente desitui, & grauatum languore se sentiens, misit nuntios festinanter, qui *Wazul* filium sui patruelis de carcere *Nitriae* educeret, quem ipse post eum Regem faceret super Hungaros. Quo audito *Kysia* Regina habito consilio infidelium misit Comitem *Sebus*, qui Regis nuntium praeueniens, *Wazul* oculos effoderet, auresque eius plumbi infusione obturaret, fugeretque abinde in Bohemiam. Quem cum tandem Regis nuntius ad Regem adduxisset, amare fleuit super casu, qui acciderat. Conuocatis igitur ad se *Andrea*, *Bela* & *Lewenta* filiis *Zarladislai* consuluit eis, vt in Bohemiam fugerent festinanter. Beatus autem Rex *Stephanus XLVI* anno

---

„ nos laudabilis. „ Sed poterit controversia haec conciliari cum Cl. CORNIDESII sententia si intelligamus Maiores *Diui Stephani Regis* inter barbaros idololatrias esse horuisse. Ipsum vero *Stephanum primum Christianorum Hungarorum Regem* eumque *Apostolicum* esse compellendum.



no sui regiminis in die Assumptionis Beatae Virginis migravit ad Dominum. Sepultus est *Albae* in Ecclesia Beatae Virginis gloriosae. Confestim igitur Hungarorum cythara in luctum est conuersa, & omnis populus regni, planxit tam sanctissimum Regem ululatu magno. Iuvenes eorum ac Virgines scaldis induti vestibus per triennium choreas non duxerunt. Regina vero *Kysla* consilio iniquorum *Petrum* Venetum filium fororis suae, cuius pater Dux fuerat Venetorum, Regem fecit super Hungaros, ut pro libito posset motus suae voluntatis perficere regnumque Hungariae amissa libertate Teutonicis subderetur. Postquam autem *Petrus* regnare incepisset, omnem mansuetudinem Regiae abiecit maiestatis, & furore Teutonico defauiens, Regni nobiles contempnebat cum Alamannis & Latinis, bona terrae superbo oculo & insatiabili corde deuorando. Munitiones autem, castra & omnes Regni dignitates ab Hungaris auferens tradebat Teutonicis & Latinis. Erat quoque idem lasciuus ultra modum, cuius satellites turpitudinem intemperatae libidinis operantes,



vxores filiasque Hungarorum, vbi-  
que *Petrus* Rex ambulabat, violenter  
opprimebant. Nullus etiam eo tempore  
de vxoris, filiaeque castitate certus  
erat propter insultus Aulicorum *Petri*  
Regis. Videntes igitur Principes & No-  
biles Regni mala gentis suae, quae fie-  
bant contra legem, communicato confi-  
lio rogauerunt Regem, vt suis iniunge-  
ret a tam detestabili opere desistere  
sine mora. Rex vero elationis fastu (g)  
inflatu ac furore, malitiam, quam in  
corde gerebat, occultando, cum toto  
veneno effudit in publicum ita dicens:  
„ Si aliquamdiu sanus ero, omnes Iu-  
„ dices, Spectabiles, Centuriones, Prin-  
„ cipes & Potestates statuum Teutoni-  
„ cos & Latinos, terramque Hungariae  
„ Regni hospitibus adimplens in domi-  
„ nium tradam Teutonicis „ Hoc ita-  
que fuit discordiae seminarium inter  
*Petrum* Regem & Hungaros. Anno  
ergo Regni *Petri* tertio Principes & No-  
biles Regni Hungariae Episcoporum con-  
silio in vnum conuenerunt contra *Petrum*  
quaerentes sollicitate, si aliquem de Re-  
gali

F 2

(g) Perperam *faustu* in membrana legitur.

351860

4640



gali genere possent reperire, qui esset idoneus Regnum gubernare, eosque a Petri tyrannide potenter liberare. Cumque in regno talem inuenire potuissent villo modo, ex semetipsis quemdam Comitem nomine *Aba* sororium sancti Regis *Stephani* super se Regem praefecerunt. *Aba* vero Rex congregato exercitu Hungarorum processit contra *Petrum* pugnaturus. Cernens autem *Petrus* Hungarorum adiutorio se priuatum, fugiit ad *Henricum* Caesarem in *Bauariam*, petiturus auxilium sibi dari. *Petro* itaque de Regno effugato illi Tyranni, quorum consilio afflicti erant Hungari, sunt detecti, ex quibus vnum in frustra conciderunt, oculos duorum filiorum eiusdem eruentes; alios vero in *manganis* (h) ferreis confregunt, quosdam lapidibus obruentes. *Sebus* vero, qui *Wazul* oculos eruerat pedibus confractis ac manibus in rota per

---

(b) *Manganum* Praestigiae Hefzchio, & machinae bellicae iaculatoriae. Glossario. Graec. *Μάγγανον*. Boxhornius a Campo Brittanico *Mangnel aries bellicus*, bellica machina deduct.

peremerunt. *Aba* vero in Regem consecratio, ea, quae *Petrus* statuerat, in irritum reuocans, Hungarorum scita iussit obseruare. Tertio autem anno *Aba* Regis, descendit *Petrus* Rex cum *Henrico* Caesare ducens maximum exercitum contra *Abam*; quod *Aba* dum sciisset, nuntios mittens ad Caesarem, probauit, si cum eo pacem posset ordinare, vel minime? cui Caesar in respondendo se ostendit inimicum, intellectoque, vt intenderet restituere *Petrum* Hungaris, iratus inuasit *Austriam*, & vsque in fluum *Trense* spoliauit, & post hoc est reuersus. Tandem quoque misso exercitu in *Carinthiam* pro spolio faciendo, cum inde redirent honorosi *Gotfridus* *Austriae* Marchio circa *Petouiam* insultum faciens super eos, eorum spolia sortur abstulisse. Tunc enim *Austria* non Duces, sed habebat Marchiones. Cumque eo tempore *Coloniae* degeret Imperator, audito, quod Hungari lacerassent *Tentonicos* sine causa, cum principibus *Alamanniae* consilium iniit, qualiter ab Hungaris illatam sibi iniuriam, iniuria simili propulset. Mouit itaque expeditionem in gentem & consilio



filio Ducis *Ratislai* Bohemorum, ex a-  
quilonali parte Danubii venit ad Hun-  
gariae confinia. Legati vero *Abae* Re-  
gis & Hungarorum promittebant Cae-  
sari, vt in omnibus satisfacerent, nisi  
quia *Petrum* in Regem non fusciperent,  
quod Caesar summopere perficere affe-  
ctabat. Obligatus enim erat ei iura-  
mento, vt ipsum in Regnum Hungariae  
iterato collocaret. Cum autem Hunga-  
ri *Petrum* non admitterent, missis mu-  
neribus, dataque fide, quod captiuos  
Teutonicorum libere permetterent re-  
meare, Caesar consilio inductus Ducis  
*Loteringiae*, & plus allectus muneribus  
rediit *Bizantium* *Burgundiae* ciuitatem  
Exhinc ergo Rex *Abas* securitate ac-  
cepta cepit esse insolens, & faeuiebat  
superbe in Hungaros, nobiles con-  
tempnens, sed & iusiurandum pro ni-  
chilo reputabat violare. Hungari vero  
nolentes id ei sustinere, conspirarunt,  
vt eum morti traderent & occiderent.  
Sed quidam prodidit consilium, ex qui-  
bus, quos capere potuit, sine iudicii  
examine interfecit, quod ei exitit in  
summam maxime detrimentum. Nam  
viros quinquaginta consiliandi causa in  
vnam

vnam domum euocavit, quibus in eadem inclusis, crimen non confessos, nec conuictos legibus, caput fecit detruncari. Vnde Beatus *Gerardus Chennadiensis* Episcopus canonica seueritate Regem corripuens, praedixit sibi periculum imminere. Tunc quidam ex Hungaris fugientes ad Caesarem locuti sunt contra *Abam* dicentes; quod pro nichilo iuramentum reputaret violare, nobilesque, qui eum Regem fecerant, contempnebat. Quibus dixit Imperator; *Oportet ergo, vt captiuos reddat, dampna emendando.* Caesar igitur Hungarorum animatus consilio, cum exercitu *Norico* & *Bohemico* Austriam introiuit, dissimulans se in Hungariam intraturum, sed simulans cum *Aba* concordare. Tunc nuntii *Aba* Regis repetebant incessanter a Caesare Hungaros, qui ad Caesarem fugerant, conquerentes ac dicentes, praedones & latrones ipsos esse, guerraque inter Caesarem & Hungaros praecipuos intentores (i); ideoque huiusmodi iniquitatis artifices in manus *Abae* Regis tradi oportere. Quod facturum se

F 4

se

(i) Pro quo melius forte *incentores*.



se Caesar promisit vilo modo (k). Con-  
 citato igitur cursu inuasit fines Hunga-  
 riae intrans per *Suprunium*, & cum vel-  
 let in *Behut* pertransire, non poterat  
 propter aquas. Hungari ergo, qui erant  
 cum Caesare & *Petro* Rege, duxerunt  
 Caesaris exercitum sursum iuxta flu-  
 men *Robche*, & vtraque flumina tota  
 nocte equitando orto sole, facili vado  
 transierunt. Occurrit autem ei Rex  
*Aba* in *Menfeu* cum multitudine arma-  
 torum, nimis praesumens de victoria,  
 quia Fauari quidam nuntiauerant ei, Cae-  
 sarem cum paucis introisse. Et vt di-  
 citur, *Aba* Rex victoriam habuisset,  
 nisi quia Hungari quidam amicitiam *Pe-  
 tro* reseruantes super terram sua vexil-  
 la proiecissent, & fugissent. Commisso  
 igitur praelio diu & acriter, tandem  
 Caesar Diuino fretus adminiculo victo-  
 riam est adeptus; *Aba* vero Rex fugiit  
 versus *Tizam* & in villa quadam in  
 scrobe veteri ab Hungaris, quibus  
 regnans nocuerat, iugulatur, & iuxta  
 quamdam Ecclesiam sepelitur. Post  
 ali-

---

(k) loco nullo modo, quod saepius in decur-  
 su operis decurrit.

aliquot autem annos, cum esset effossum corpus eius de sepulcro sudarium ac ipsius vestimenta inuenerunt incorrupta, & loca vulnerum resanata, sepelieruntque tandem corpus eius in proprio monasterio. Ex Teutonicis etenim in illo praelio sine numero ceciderunt. Vnde idem locus, vbi praelium est commissum eorum lingua vsque hodie *florum paiur* (l) est vocatus, & *wez nemut* nostra lingua (m).

---

### C A P V T III.



Caesar vero obtenta victoria descendit Albam ciuitatem, vbi *Petro* resti-

F 5

sti-

---

(l) M. Ioh. Thwr *serlorum payer* significantius, nam cum robur exercitus ex Bauaris potissimum constiterit, eorumque pluri ceciderint, dicitur quasi *verloren Bayer*, id est *perditi Bauari*, quam distinctionem non adhibentes Hungari communi vocabulo vsi.

(m) *Weznemut* pro quo Thwr. *Vestnempti* seu *perditi Germani*.



stituit regnum, & sic tandem reuersus est *Ratisponam*. Rege ergo *Petro* & *Hungaris*, qui eum in Regnum reducerant, vires & potentiam refumentibus, ceperunt esse insolentes. Qua de causa omnes *Hungari* sollicitè intendebant, qualiter amoto *Petro* filios *Zarladiſtai* reducere putuiſſent. Dum autem iſta ita fierent *Andreas*, *Bela*, & *Lewenta* de *Boemia* in *Poloniam* tranſeuntes a *Miſca Polonorum* Duce amabiliter ſunt recepti, vbi *Bela Pomeraniae* Ducem duello deuincens, filia *Miſkae* ſibi datur in vxorem. Quod *Andreas* & *Lewenta* aegre ferentes, ne ipſius nomine viuerent in *Polonia*, in *Rutheniam* tranſierunt. Et dum ibi a Duce *Lodomeriae* propter *Petrum* Regem ſuſcepti non fuiſſent, ad terram vadunt deinde *Comanorum*. Qui cum eos perimere cogitarent, credentes ipſos exploratores Regni ſui, tandem per captiuum *Hungatorum* recogniti, optime deinceps pertractantur. Interea vero *Petrus* Rex *Hungaros* priori grauamine coepit moleſtare. Tunc in *Chenad* omnes in vnum conuenerunt, conſilioque habito communiter pro filiis *Zarladiſ-*

*lai* transmittunt, vnde ad Regnum re-  
 mearent. Qui cum in *Pest* aduenissent  
 absconse sicut poterant, statim in curia  
*Petri* Regis vna nocte in equis veloci-  
 bus per nuntios trium fratrum procla-  
 matur: quod omnes Teutonici & Lati-  
 ni vbicumque inuenti perimantur, &  
 resumatur ritus paganissimus. Mane er-  
 go facto sciscitatus *Petrus* facti causam  
 pro certo recognouit ipsos esse in  
 Hungaria. Et licet immenso dolore  
 tactus esset, se laetum demonstrabat.  
 Tunc clam mittens suos nuncios, vt  
*Albam* occuparent, reuelato consilio  
 Hungari per omnia loca incipiunt re-  
 bellare, occidentes vno tempore Teu-  
 tonicos & Latinos; mulieribus quoque,  
 infantibus & Sacerdotibus, qui per  
*Petrum* fuerant praepositi Plebani &  
 Abbates, non parcentes. Et cum in  
*Albam* nequisset introire, arrepta fuga  
 init versus *Musun*, vbi exercitus ve-  
 nisse contra eam perhibetur, indeque  
 declinans equitavit festinanter versus  
*Albam*. Ciues etenim demandauerant,  
 quod rediret, & ciuitatem sibi darent.  
 Cum vero in quamdam villam circa  
*Albam* peruenisset, subito exercitus  
 ipsum



ipsum circumdedit, vbi captiuatus oculi eruuntur, licetque superiueret in moerore animi finiens vitam suam *Quinqueecclesiis* subterratur, quam fundasse perhibetur. Tunc tres fratres *Albensem* ingressi ciuitatem, ab omnibus Episcopis, Nobilibus, omnique populo cum summa laude sunt suscepti. Et *Andreas* aeuo potior in Regni solium sublimatur. Quidam autem istos fratres ex Duce *Wazul* progenitos asseuerant ex quadam virgine de genere *Tatun*, non de vero thoro oriundos, & pro tali missitalia illos de *Tatun* nobilitatem inuenisse. Friuolum pro certo est & pessime enarratum. Absque hoc namque nobiles sunt & de Scitia oriundi, quia isti sunt filii *Zarlactislai*. *Gerardus* ergo Episcopus de *Chanad* in istis casibus in *Pest* per Hungaros de monte submissus in biga, martyrio coronatur, qui Monachus prius fuerat de *Rosacensi* Abbatia, quae est de territorio *Aquilegiae*. Deinde Pannoniam ingressus in *Beel* fuit diutius Heremita. Cum igitur *Andreas* diadema Regni suscepisset, cum Noricis Boemis & Polonis guerram dicitur tenuisse, quos superans debellando

do tribus annis fecisse dicitur censuales. Propter quod *Henricus* Imperator descendens vsque *Bodoct* V. mensibus *Albam* obsedit ciuitatem, vbi tandem sic viribus & potentia dicitur defecisse, vt ipse Teutonici & Latini in suis tentoriis noctis tempore se viuos sepelirent. Nam Hungari in obscuris in eorum castra descendentes, eos crudeliter sagittis enecabant. Tandem vero Caesar ille ductus poenitentia a Rege *Andrea* & Hungaris veniam cepit postulare, quod omnia dimitteret in Hungaria praeter equos, faceretque iusiurandum, vt deinceps nec ipse, nec ipsius successores contra Regnum Hungariae hostili manu in Hungariam introirent, nec etiam de *Bodoct* moueret interea suos pedes, donec *Sophiam* suam filiam *Salomoni* Regi de Alamannia ductam traderet in vxorem, quam primitus filio Regis Francia cum maximo dederat sacramento. Rex vero habito consilio misericorditer eidem dicitur indulgisse. Qui amoto suo castro primum descensum in monte *Barjunus* fecisse comprobatur. Quia vero fame ac siti defecerant in eodem loco, ex parte Regis



Regis potus & cibus in maxima copia fuit ministratus, indeque crapulati quamplurimi; cum Caesaris vigiles incautis obtutibus Hungaros vidissent hinc inde equitantes, in pactis fraudem interesse crediderunt, quod exercitui declarantes dixerunt, ut ad persequendum eos aduenisset. Et quamvis plures in feretis habentes purpurea lectisternia aegritudine fatigati ducerentur, dimissis feretis & lectis purpureis equos ascenderunt, orto sole villam *Vrs* coniungentes. Et cum Castellanus, qui in porta erat, cognouisset, quod gens armata per asperas & immeabiles indagines dimissa via Regia pertransiret, cum suis se armavit. Dumque transeuntem turmam a longe aspiciens tueretur, aegroti, qui dimissis feretis & lectisterniis in monte *Barjunus* in equis equitauerant, allocatis curribus per indagines transiebant. Quorum scutiferi, ut retro viderunt aciem Castellani, derelictis curribus & Dominis super currus, sicut melius potuerunt, abfugerunt. Tunc Rustici venientes currus auferendo, Dominos in curru occiderunt, cadauera in aquis abiectantes. In quibus quidem aegro-

aegrotis, quidam milites, aliqui Comites, nonnulli fuere & Marchiones. Unde usque hodie in transitu ipso equorum ferramenta, gladii & plura his similia, aquis exsiccatas solent inueniri. Mons vero *Barfunus* (o) propter lectisternia sic relicta, quae fuere purpurea, de Terricolis extitit nominatus. Post mortem itaque Sancti Regis *Stephani* transacti sunt anni XI. Menses IV. usque ad annum primum imperii *Andreae* Regis. Interea vero *Petrus* Rex primo & secundo regnavit annis quinque & dimidio; *Aba* vero regnavit annis tribus. *Andreas* autem confectus senio anno Imperii sui XII. filium suum *Salomonem* adhuc puerulum cum consensu fratris sui *Belae* & filiorum eiusdem scilicet *Geichae* & *Ladislai* Regem constituit. Ipse autem obiit anno Regni sui XV & in *Tyhon* monasterio proprio cum *David* suo filio sepelitur.

CA-

---

(o) *Barfunus*, vel ut hodie *Bársonyos* seu purpureus. Purpuram enim nos Hungari *Bársony* appellare solemus.



## CAPUT IV.

Post hunc regnavit *Benyn Bela*. Quo  
 regnante Hungari fidem derelin-  
 quunt, & baptismum, anno in fide ober-  
 rantes, ut nec Pagani, nec Catholici  
 viderentur; postea tamen motu proprio  
 fidei adhaeserunt. Iste enim omnia fo-  
 ra die Sabbati esse voluit pro venden-  
 do & emendo, *byzantiosque* currere  
 fecit per districtum Regni sui, qui de-  
 nariis argenteis multum parvis, scilicet  
 XL cambi debuit. Vnde usque hodie  
 denarii XL numero aurum appellantur,  
 non quod sint aurei, sed quia denarii  
 XL argentei valebant *byzantium* vnum.  
 Regnavit autem duobus annis & in ter-  
 tio migravit ex hoc saeculo in suoque  
 monasterio dicto *Steugzard* sepelitur.  
 Hic enim calvus erat, & colore bru-  
 nus, propter quod suum monasterium  
 diminutive, sicut erat ipse corpore  
 dispo-

dispositus, sic vocari iussit. (u) Tandem vero inter *Salomonem*, *Ladislauum* & *Geicham* grauis discordia suscitatur, alumpni Patriae inter se diuiduntur. Quidam enim *Salomoni*, aliqui *Ladislao* & *Geichae* adhaeserunt. Rex autem *Salomon* Caesarem, suum focerum contra *Ladislauum* & *Geicham* per Nitriam cum exercitu maximo introducit. Qui *Vaciam* perueniens, *Ladislai* exercitu speculato, finxit se infirmum, per *Pozonium* in *Austriam* est reuersus, dimisso de Boemis & Noricis sufficienti auxilio *Salomoni*. Tunc Caesare retrogresso praelium in *Munorod* inter ipsos est commissum. Et quid ultra? *Salomon*

---

(a) Mss. & Chronicon Budense *Zugzard*; *ThwrocZ Zewgzard*, & hodie *Szegszard*. Clauum denotat vox Hungarica *Szeg*, cuius caput glabrum, *caluitiem*, ferri conspicuus habitus, *colorem brunum* seu *subnigrum*; moles clauis rem paruum denotat, ac proinde *Belae* conuenientes circumstantias exprimit. Adde nomen gentile patris *Zar* vel *Zard* *Ladislai*, habebis omnia nomine *Szegszard* expressa.



mon deuincitur, prostrantur *Teutonici* & *Boemi*. Et dum se suosque deuictos cognouisset, fugam iniit. Danubium in *Scigetseu* pertransiens, inde in *Musunium* se collegit. In praelio autem *Munorodino* non solum *Teutonici* aut *Boemi* ceciderunt, sed etiam maior pars de militia Regni periit. *Salomon* ergo metuens fratres suos, cum tota familia in *Stiriam* introiuit, vbi in *Agmund* (a)

mo-

(a) Verba THWROCZII Part. II. C. 54. in claustro *Agmund*, matre & vxore derelictis &c. BONFINIVS hoc modo videtur interpunxisse: in claustro, *Agmund* matre & vxore derelictis; Vnde ipsi, ex loco perperam intellecto nata est occasio *Agmundam* nominandi matrem *Salomonis*, quem deinde errorem primus omnium Dec. II. Lib. II. & Lib. V. incautus adtulit. Nec desunt complures viri, qui BONFINIVM in Chronico THWROCZII dilucidando, ac exornando laudem tribuunt quidem, sed iudicii maturitatem & acrimoniam desiderant. Hinc non absque ratione in suspicionem illa *Agmunda* BONFINII venire potest; praesertim eum nomen hoc, vt omnia fere in *mundus* & *munda* terminata Germanicae sit originis, quod Principi *Russicae*, qualis *Salomonis*

ma-

monasterio, familia sua derelicta, in  
*Musunium* (b) est reuersus volens col-  
 G 2 li-

mater erat, inditum fuisse profecto non est credibile. Si enim Russicis nominibus propriis redūdantes, Nestoris, eiusque Continuatorum Annales Russicos consulamus, nullum diligente oculo peruestigantibus nomen in *mundus* vel *munda* desinens occurret. Contrarium experimur in Scriptoribus Historiae Gothorum, Vandalorum & Longobardorum ab HVGONE GROTIUS iunctim editis Amstelodami MDCLV. frequens obuersatur memoria *Waremundi*, *Cunimundi*, *Gundamundi*, *Ricimundi*, *Rosimundae*, *Sigismundi* &c. Omnium vero horum nominum significationem ex lingua germanica eruit perspicue GROTIUS in subiuncto indice nominum propriorum; cum *Waremund* veracis oris est, *Cunimund* animosus ore, *Gundamund* beneuolum os, *Ricimundus* pollens ore, *Rosimunda* rosei oris, *Sigismund* vincens os &c. Sed haec quocumque loco habeantur, illud saltem dubio caret, *Agmund* apud THWROEZIUM non esse nomen feminae, sed loci, coenobii nempe Admontensis, quod saeculo XIII & XIV: *Agmund* passim uocitabatur. Quod patet ex CHRONICO MELLICENSI frequenter, in  
 Lem-



ligere exercitum iterato. Sed cum de die in diem deficeret; illorumque processus

---

Lemmatibus item capitum LII. CLXXXIII. CLXXXIV. CLXXXV. &c. Chronici Hornechiani. Quin & inter diplomata Admontensia, quae Cl. ERASM. FRÖLICH Diplomatarii Sacri Ducatus Styriae Parte II. publica luce donavit. pag. 232. N. XIX. Charta quaedam occurrit huius clausulae: *Datum Agmundae XVI Kalend. Ian. Anno Domini MCCXXIV.* Sed quid argumenta congero, quando ipse Bonfinius alibi Dec. II. L. IV. hoc nomine *Agmund*, indicat coenobium Admontense, situm in Styria, dum scribit; *Matrem vero (Salomonis) ac uxorem, in Agmontensi coenobio, quod in Styria situm est, vita decessisse ac reconditas esse ferunt?* Quapropter delenda est in Annalibus PRAYI & tabulis Regum nostrorum Genealogicis *Agmunda*, eiusque loco inferenda *Anastasia*, quo nomine apud DLVGOSVVM Histor. Polon L. III. p. 236. insignita legitur Iaroslawi Wladirimowitsch filia, Andreae I. Regis Hungariae coniux, mater Salomonis. Russici quoque Annales eam *Nastasiam* compellant. Vide *Kurzgefasstes Jahrbuch der russischen Regenten*

cessus reciperet felicia incrementa, con-  
fusus rediit ad Caesarem adiutorium

G 3

pe

*genten aus den Russischen des Herrn Staats-  
Rathts Michaila Lomonosoff, übersetzt durch  
Peter von Stählin &c. Riga MDCCLXXI.  
in 8. p. 56. Confer. Cl. Cornides in ope-  
re laudato; & Cl. Katona in Historia cri-  
tica Regum Hungariae stirpis Arpadianae  
Tomulo II.*

- (b) Loci huius memoriam iniicit Diploma  
*Henrici IV. datum Ellenhardo Frisingensi  
Episcopo A. MLXXIII. Indict. XIII. VI.  
Kal. Decemb. Ratisponae, apud CAROL.  
MEICHELBECK Historiae Frisingensis Tom.  
I. pag. 268. vbi Miesenburc dicitur. Eum-  
dem locum memorat ARNOLDVS Lube-  
censis in Chronici Sclavorum supplemen-  
to Cap. 3. apud LEIBNITIVM Script. rer.  
Brunsvicens. Tom. II. pag. 631. „ Dux  
„ etiam orientalis Austriae, instaurata clas-  
„ se, prosequutus est Ducem Saxoniae  
„ (Henricum Leonem, Viennam ingressum,  
„ & in Palaestinam iturum) ducatum ei  
„ praebens & necessaria hospitalitatis ab-  
„ undantissime administrans. Cum magna  
„ ergo commoditate ad civitatem, quae  
„ Miesenburg (Mosonium, Germ. Wiesel-  
„ burg*



petiturus. Et licet pro militia solidanda affluentem pecuniam tradidisset, Teutonici

---

„ *burg* mendose apud Cl. Katona T. IV.  
 „ p. 212. *Mensenburg*) „ dicitur, peruene-  
 „ rant, quae sita est in confinio terrae  
 „ Vngariae . . . & ita procedentes cum  
 „ summa tranquillitate applicuerunt ad  
 „ Urbem quamdam, quae naturaliter est  
 „ munitissima. Nam ex vno latere cingi-  
 „ tur Danubio; ex alio, alueo profundis-  
 „ simo, qui Grana dicitur, a quo arx  
 „ & ciuitas, quae in altera ripa est,  
 „ (*Istrogranum* seu *Strigonium*) nomen  
 „ accepit „ LAZIVS Comment. de Re-  
 „ pub. Rom. Lib. XII. Sect. III. C. V. p.  
 „ 1149. ita: Antiquus, inquit, a nobis An-  
 „ naliū est liber repertus, scriptus circiter  
 „ annos trecentos, in quo *Musenburgum*,  
 „ oppidum appellatur, his verbis: (loqui-  
 „ tur autem de Ottocari Bohemiae Regis,  
 „ & Austriae Ducis expeditione aduersus  
 „ Hungaros suscepta Anno MCCLXXI)  
 „ Rex Bohemiae multis Principibus in  
 „ vnum collectis inter quos erant Mar-  
 „ chio de Brunschwiz, & Duces Polo-  
 „ niae, & alii quam plures, & maxima  
 „ multitudine armatorum, bene LXXXM.  
 „ intrauit Vngariam, ponte pulcherrimo  
 „ per

Teutonici ob timorem Hungarorum recipere noluerunt. Vnde spe omni destitutus rediit in *Agmund* ad Reginam cum qua dies aliquos cohabitans in veste monachali deinde *Albam* venit. Et cum *Ladislaus* frater eius in porticu Ecclesiae Beatae Virginis manibus propriis, pauperibus eleemosinam erogaret, ipse ibi inter eos dicitur accepisse. Quem mox cognouit *Ladislaus*, ut inspexit. Reuersus autem *Ladislaus* a distributione eleemosinae inquiri fecit diligenter, non quod ei nocuisset, sed ille malum praesumens ab eodem, secessit

G 4

cessit

---

per Danubium praeparato. In primo suo ingressu *Bresburg* expugnauit. Post hoc aliud castrum *S. Georgii & Paesing*, *Pibersburgum*, & *Tyernam*. Postmodum vero ponte, quem fecerat, transitu, castrum *Cherfulenburg*, & *Altenburg*, & *Musenburg* totaliter deuastauit. Haec annales illi apud LAZIVM. *Anonymi Zuetlensis & Leobienfis Chron. Australe* ad ann. MCCLXXI sic habet *Altenburg* potenter expugnauit (Otto carus) & ciuitatem *Misenburgh* cum castro totaliter deuastauit.



cessit inde versus mare Adriaticum, ubi in ciuitate vocata *Pola*, vsque mortem in summa paupertate, in poenitentia finiens vitam suam, in qua & iacet tumultatus, nunquam rediens ad vxorem vsque mortem. Regina vero *Sophia* vxor eius in maxima castitate perseuerans nunciis frequentibus maritum visitabat, mittens ei expensam, vt habere poterat, inuitando nichilominus, quod eam videre dignaretur vsque mortem. Qui quamuis in corde habuisset, ob nimiam egestatem, tactus verecundia, ire recusauit. Quem cum de medio sublatum cognouisset, licet multi principes de germania sibi copulari matrimonialiter uoluissent, spretis omnibus, quae habebat, saecularia faciens uenundari, egenis est largita. Ipsa uero Monialis effecta, arctissimam vitam deducendo migravit ad Dominum, & in praefato monasterio tumultata, sicut sancta ueneratur. Post *Salomonem* uero regnauit *Geicha* annis tribus & mortuus est, *Vaciae*, quam fundasse dicitur tumultatur. Post *Geicham* uero regnauit *Ladislaus* XXX annis & tribus mensibus in *Warod* requiescit. Istius igitur temporibus

ribus in septem castris in monte, qui *Kyriopis* dicitur *Bessi* Hungaris infestissimi, spoliata Hungaria fugientes coniunguntur, & per eundem *Ladislauum* Regem, ac Hungaros taliter superantur, vt nec unus ex ipsis fertur remanuisse. *Ladislao* autem migrato regnauit post eum filius *Geichae* Regis *Kalomannus* annis X & octo, cuius corpus iacet *Albae*. Hic quidem Praeful erat, & exinde translatus in Regem coronatur. *Quinwes* (c) enim *Kalman* est vocatus, cum libros habebat, in quibus, vt Episcopus legebat suas horas. Iste quoque in Regnum *Dalmatiae* misso exercitu occidi fecit Regem *Petrum*, qui Hungaris in montibus, qui *Gozd* dicuntur occurrens est deuictus in montibus memoratis, & occisus. Vnde iidem montes vsque hodie in Hungarico *Patur Gozdia* nominantur. Sedes enim huius Regis & solium in *Teneu* erat ciuitate. Hoc ergo facta, & regno *Dalmatiae* conquistato, galeas, naues &

ter

---

(c) Melius cum *Thwroc* *Könyves* seu *Libris*.



teritas (d) cum Venetis solidavit, mit-  
tens cum eis exercitum Hungarorum  
in

- 
- (d) *Teritas* vocem hanc emendam puto hac orthographia scilicet, *Teridas*, vel *Terridas*, aut *Tarida*, *Tarides*, *Tarritas*, vel *Taretas* de singulis paucis iudicare placet verbis: *Terida*, *Terrida*. Chart. Ann. 1281. descripta in Historia Gallo-Byzantina p. 32. Et volumus quod idem Dux, & commune Venetorum debeant armare 15. Galeas & ipsi Imperator & Rex 15. & 10. *Teridas*, in quibus *Teridis* habeant ipsi Imperator & Rex circa 300 equos & 300 homines ad arma &c. *Statutum Honorii IV. PP.* pro Regno Neapolitano An. 1285. Nullus Comes Baro vel alius in Regno praedicto compellatur ad *Terridas*, vel alia quaecumque vasella propriis sumptibus facienda. (Rates magnas, quas *Teridas* vocant) apud Nicolaum Specialem de Siculis rebus L. 3. C. 18. Regestum olim fol. 150. Quod cum ipsi quamdam *Teridam* in portu Maioricarum pluribus mercimoniis onerassent &c. Adde Chronicon Siciliae apud Martene T. 3. Anecd. Col. 30. & 38. Constitutiones Iacobi Regis Siciliae Col. 31. &c. *Tarida*, *Tarides*, *Tareta*. Navis onerariae species, eadem, quae *Tartana* vocitata, ut quidam volunt.

in *Apuliam*, vbi *Monopolim* & *Brundisum*  
 ciuitates occuparunt, ciuibus quibus-  
 dam

Iunt. Pactum initum inter Philippum,  
 Imp. CP. & Venet. An. 1281. descriptum  
 in Historia Gallo Byzantia p. 30. Quia  
 Imperator & Rex non proponunt habere,  
 nisi vassella pro deferendis gentibus, equis  
 & victualibus videlicet naues & *Taridas*.  
 Andreas Dandulus in Chron. Mss. Anno  
 1275. (nunc edito apud Murat. T. Col. 12. 392)  
 Duae Galeae Ianuentium circa Messanam,  
 vnam Venetorum *Taridam* capiunt & col.  
 371. *Taridas* Venetorum oneratas pane  
 ceperunt. Occurrit in Annalibus Genuen-  
 sium apud eundem Murat. T. VI. col. 395.  
 399. 485. Adde Sanutum L. 3. part. 12.  
 c. 6. Codex Barbaro-Graecus Nicetae in  
 Alexio L. 3. n. 9. *ταρίδων* habet, alius co-  
 dex *δρομένων*. Atque probabilius ex eo  
 emendanda vita S. Nili Iunioris p. 121.  
*ἀπέλυσεν αὐτὸς συν τοῖς ταρίοις*, legendum  
 enim *ταρίοις*. *Tarita*. Thomas Walsing-  
 hamus anno 1386. Ceperunt 5 naues  
 magnas, & 6. *Tarritas* refertas Ianuenti-  
 um multis bonis. Pachymetes L. V. Hist.  
 c. 30. de iisdem Genuens. *ἐν συσελλομέ-  
 ναις κατὰ μηκοςναυσίν, ἃς ἐκείνοι ταρίτας λέγουσι,  
 πλεοντες*. In contractae longitudinis pau-  
 bus nauigantes, quas ipsi *Taritas* vo-  
 cant.



dam fidem Venetis obseruantibus. Cumque easdem ciuitates ad tenendum Venetis reliquissent, concitatis cursibus planum Apuliae, in quibusdam locis devastantes tribus mensibus in ea permansere. Tandemque ad naues redeuntes per mare in *Dalmatiam* reuertuntur Capitaneo Hungaro, & Regis Hungariae Banerio ibidem cum Venetis relictis. Quas quidem ciuitates *Guillelmus* Iunior Rex *Siciliae* per auxilium *Pisanorum* cum magnis sumptibus postmodum vix rehabuit. Post *Kalomannum* vero regnavit *Bela* annis IX duobus mensibus, *Albae* tumulatur. Post *Belam* autem regnavit *Geicha* XX annis, tandem moritur & *Albae* sepelitur. Post istum *Stephanum* frater suus coronam vsurpat mensibus V. & diebus V. tandemque deuincitur, in quo praelio plures regni nobiles occiduntur. Idem vero de regno expulsus, demum venit in *Zemin*, vbi & finiuit vitam suam, *Albae* requiescit. Sed post hunc regnavit *Bela* Graecus quem *Becha* & *Gregor* apud Imperatorem Graecorum diutius tenuerunt. Hic quidem fures & latrones persecutus est, petitionibusque loqui traxit originem,  
yt.

vt Romana habet curia, & Imperii:  
*Albae* iacet tumulatus. Post *Belam* vero  
 regnavit *Emiricus* filius eius. Sed post  
 hunc regnavit *Andreas* Rex potens &  
 illustris. Iste etiam terram sanctam vi-  
 sitavit, vbi per omnes Principes Christia-  
 norum Capitaneus ordinatur, & exerci-  
 tum Soldani Babiloniae, cum Hungaris  
 & *Zaculis* effugavit, & honore multipli-  
 ci cum gente sua per Assyrios & alias  
 nationes praeuenitur. Indeque cum sum-  
 ma gloria reuertitur in Hungariam. Post  
 hunc autem regnavit *Bela* filius eius,  
 apud Fratres Minores Strigonii tumula-  
 tur. Istius quidem in diebus Mong *Li-  
 suae* Tartari de tribus partibus Regni  
 in Hungariam adeunt, cum quinquies-  
 centenis millibus armatorum habentes  
 adhuc Centuriones & Decuriones ad  
 millia XL. quibus in *Soio* Rex praefa-  
 tus conueniens a Mongalis deuincitur  
 Anno Domini MCCXLI. vbi fere tota  
 Regni militia est deleta, ipso *Bela*. co-  
 ram eis ad mare fugiente. Quo quidem  
 de mari reuertente per Ducem *Frideri-  
 cum* de *Austria* bello impetitur, quem  
 ante ciuitatem nouam Hungari cum  
 lancea in maxilla transfixum pereme-  
 runt



runt. Postea vero regnavit *Stephanus* Rex filius eius, qui Boemiae Regem nomine Otacarum ante fluuium Rebehá contra eum venientem, cum Boemis videlicet, *Australibus, Stiriensibus, Brandeburgensibus*, & ceteris mixtis gentibus expulit virtuose. Iste etiam ciuitatem *Budum* suo dominio subiugauit, Dominumque Bulgarorum eo viuentem sibi compulit obedire, migrans tandem ex hoc saeculo & in insula vocata Beatae Virginis in Coenobio Monialium requiescit tumultatus.

---

## C A P U T V.



Post hunc regnat *Ladislaus* tertius filius eius. Hic enim puerulus in regni solium Domino disponente coronatur. Istius ergo diebus Rex *Otaccarus* Boemorum, qui de iure Imperii plura sibi vsurpauerat de facto & iniuste, unde viros resumserat ac potentiam inauditam, in confiniis Hungariae lacerauerat in diuersis locis maximam portionem

nem, pro qua ex ipso eius Genitor  
 nondum receperat dignam vindictae vl-  
 tionem, eo quod praeventus esset mor-  
 te insperata. Sed cum inter ista Ala-  
 manniae Principes *Rudolphum* Comitem  
 de *Habusburc* in Curia *Francuurtensi* in  
 Regem sibi praefecissent, vt Imperii iu-  
 ra, quae erant occupata, deberet reuo-  
 care, ipse tamquam pseudorum Impe-  
 rialium redintegrator in Austriam, quae  
 fuerat per *Otacarum* inuasa & possessa,  
 primitus introiuit. Quo quidem Vien-  
 nae diutius residente, ac iura sua de  
 Boemis requirente Rex Boemicus con-  
 tra eum tam immensum commouit ex-  
 ercitus, ac perualidum, quod propriis  
 viribus Alamanniae Princeps ei resi-  
 stere dubitaret. Propter quod ergo Hun-  
 gariae Regem Magnificum tamquam fi-  
 lium Sanctae Ecclesiae Catholicae sibi  
 postulauit humiliter in auxilium, per-  
 petua amicitia seipsum eapropter eidem  
 obligando. Adiciens insuper, vt in eo  
 quoque Sanctae Ecclesiae Romanae sum-  
 mum seruitium exhibere videretur.  
 Ipse vero auxilio simili quocumque  
 a Rege Hungariae foret requisitus, de-  
 beret subuenire. Quia vero *Ladislaus*  
 Hun-



Hungarorum Rex in corde & animo occultabat *Otacari* praesumptionem temerariam contra patrem & ipsum attemptam, eo, quod tener esset viribus corporis & aetate petitioni Principis *Alamanniae* satisfactorum se disposuit. Egressus ergo de *Albenfi* ciuitate velut *Martis* filius, cuius quidem constellatio conceptioni natiuitatique eius die in audacia, & ceteris virtutibus naturalibus vim & incrementum subministrat, in virtute altissimi & Proauorum suorum scilicet *S. Stephani*, *Emerici* atque *Ladislai* Regum ac Sanctorum votiuis praesumens, confidensque suffragiis erecto Panerio Regiae Maiestatis *Rudolphum* in *Marhec* coniunxit cum exercitu, qui ipsius aduentum & auxilium sicut Dei exoptabat. Sed quoniam gens *Rudolphi* in motu grauis erat propter arma grauiora, nimisque timorata ad resistendum tam validae multitudini, vt *Otacarus* conducere ferebatur, pro eo contraire & moueri dubitabat. Hoc autem *Ladislao* Rege viso & percepto *Otacaro* ad praelium properanti, ac parato circa castrum *Stifrid* prope fluuium *Morowe* adpropinquat, Boemicum exercitum conuallando circum-

cumquaque. Quorum quidem equos, & etiam semetipfos sagittis Hungari & Comani Regis sic infestant vulnerando, quod *Milot* militiae suae Princeps, in quo copia exercitus praesertim confidebat, sustinere non valens Hungarorum impetum ac sagittas, cum suis fugam dedit, & post ipsum Poloni conductitii, dissoluto exercitu fugerent cum Boemis; Comanis vero inter ista praelia, honora, & *arnesia* Boemorum Regis, sui que exercitus sustollentibus dissipando. In isto igitur praelio Rex *Otasurus* despera mente & confusa vagando in exercitu captus occiditur. Filius vero eius Dux *Nicolaus* in Hungariam deducitur captiuatus, cum aliis captiuis Baronibus, Comitibus, & militibus sine numero. Mortuorum autem numerum in praefato praelio potuisset aestimare sola Diuina sapientia. *Rudolphus* ergo Teutoniae Rex, atque Romanorum cum suis stabat, inspiciendo quae fiebant. Facta igitur hac victoria Rex Germanicus *Ladislao* Regi egit grates, quod per eum Austria & Stiria sibi fuit restituta illo die. Et sic *Ladislaus* Rex Hungariae rediit cum victoria Rege Alamannico in Austria re-



manente. Haec est enim Ladislai Regis victoria primitia, quam Diuina clementia ei tribuit in aetate adolescentiae constituto. In quo quidem exercitu ipso die Comes *Renoldus*, filius *Renoldi* Banerium Regis tenuit viriliter & potenter de genere *Bastech* oriundus adstantes Domino Regi fratres eiusdem *Andreas*, *Salomon*, *Ladislaus*, & alii Regni Hungariae nobiles, sicut stellae caeli absque numero. Vt ergo in memoriam redeat Regis *Ladislai* tam gloriosa, triumphalisque victoria in opprobrium, sempiternumque dedecus *Boemorum*, *Polonorum*, *Morauorumque* scuta & vexilla in *Albenfi* Ecclesia, sede Regni ac folio in pariete suspensa in aeternum perseverant. Aliud quoque miraculosum praelium *Ladislaus* Rex adolescens habuit cum *Comanis*, quod praelio praecedenti comparatur. Igitur cum *Comani* per Regem *Belam* piae memoriae auum Regis in Hungariam primo introducti, ut arena postmodum succreuisent, & ipsi Regi *Belae* ipsos dispergere in animo peruenisset per prouincias, & nunquam id facere praesumpisset, in Regno emergere laesionem sperans

sperans per eosdem. Hoc ipsum dicitur Rex *Stephanus* pater eius bonae memoriae de ipsis cogitasse, & propter cautelam memoratam retraxisse suum velle. *Ladislaus* vero Rex illustris, animosus ac magniuolus perfidiam contra eum cognoscens inter eos fabricari taliter processit contra ipsos bellaturus, ut in praelio ipso acriter debellati, plurimi intercepti; quidam vero ex ipsis relictis vxoribus, pueris & rebus omnibus ad populos barbaros fugierunt. Nonnulli etiam, qui sunt residui, regiis praeceptis in tantum sunt subiecti, quod corde tremulo vix videre audent vultum Regis. In hoc ergo praelio occiditur *Oliuernus* filius *Pata* per *Comanos* de genere *Aba*, *Andreas* frater *Laurentii* filius *Comitis Nicolai* de *Wigman*, *Ladislaus* filius *Comitis Ponyth*, de *Miscouch*, & *Demetrius* filius parui *Michaelis* de genere *Kusa* perimuntur,



---



---

## APPENDIX.

### §. I.

#### *De Nobilibus Aduenis.*

Cum pura Hungaria plures tribus vel progenies non habeat, quam generationes centum & octo; videndum est, vnde esse habent illorum progenies, qui de terra Latina vel de Alamannia, vel de aliis regionibus descenderunt. Dux namque *Geicha* de genere *Turul*, cui prae ceteris Hungaris oraculum profluisse de superius dicitur, vt reciperet fidem Catholicam, & baptismum. Quia manus gestabat sanguine humano madatas, nec erat idoneus ad fidem conuertere tantam gentem, licet ipse, domusque eius per sanctum *Adalbertum* baptismi gratiam recepisset, tamen ei de caelesti throno verbum venit, quod a tali re-

resileret cogitatu, quod haec omnia facienda sancto *Stephano* ex ipso nascituro altissimi clementia ordinarat. Vnde hoc audito, id quod potuit, & debuit circa conuersationem suae gentis secundum ordinationem *S. Adalberti Pragensis* scilicet Episcopi facere non omisit. Misit itaque suos nuntios in Christianam regionem suum desiderium omnibus diuulgando. Quapropter hoc audito, multi Comites, milites & nobiles ex terris Christianorum ad eum accesserunt. Quidam enim ex eis amore Dei, vt ipsum Ducem contra Paganos, qui fidem non acciperent, adiuuarent, & alii, quod de ipsis Paganis, & persecutoribus ipsorum essent liberati. Nam gens ipsa sub paganismo constituta crudelis persecutio fuerat Christianis. Tunc eo tempore ad Ducem *Geicham* venit Comes *Tiboldus* de *Fanberg* (a) qui *Graun Tibold* est vocatus, vnde de eadem progenie *Graun* quidam vsque hodie simpliciter nominantur. Ex isto illi de *Bobocha* (b) orti

H 3

de-

(a) THWR. de *Samberg*.(b) Mss. *Boiotha*.



deriuantur. Isti etenim sunt de *Deuchun-*  
*lant*. Post haec venit *Hunt & Pazman*  
 duo fratres carnales, milites coridati (c)  
 orti de *Sueuia*. Hi enim *passagium* per  
 Hungariam cum suis militibus facientes  
 ultra mare ire intendebant, qui deten-  
 ti per Ducem *Geicham*, tandem Sanctum  
 Regem *Stephanum* in flumine *Goron* (d)  
 Teutonico more gladio militari accinxe-  
 runt. Postmodum intrat de *Wajurburc*  
 (e) Comes *Weceelinus*; hic *Kupan* Ducem  
 in *Simigio* interfecit. Istius generatio de  
*Iaki* dicti sunt. Postea *Wolfer* cum  
*Hedrico* (f) fratre suo introiuit de *Vil-*  
*tonia* cum XL militibus phaleratis. Huic  
 datur mons *Kyscen* (g) per descensum,  
 in quo castrum fieri facit ligneum, tan-  
 dem & Coenobium Monachorum, in  
 quo post mortem sepelitur. Ex isto  
 namque *Hedrici* origo esse habet. Post  
 hunc

- 
- (c) Fors coriacea cataphractura intelligitur?  
 nili emendandum sit cordati.  
 (d) Chr. Bud. Garony.  
 (e) THWR. de *Wazunburg*.  
 (f) THWR. *Wolphgerus* & M's. *Hedrib*.  
 (g) Th. *Kiscen*.

hunc introiuit *Pot de Lebyn*, qui nomine alio *Ernistus* (h) est vocatus. Hic cum multis nobilibus adiit in Hungariam. De isto Comitis *Conradi* de *Altunburg* (i) origo esse habet; sed postea tempore *Petri* Regis *Kelad & Guth* (k) intrant tres fratres ex gente *Sueuorum* de castello *Stof* sunt natiui (l). Post illos *Altmann* intrat de *Fridburc* miles coridatus, ex patria *Turingorum*, de isto illi de *Bolugi* oriuntur. Post hos intrant *Oliuerius & Ratoldus* tempore Regis *Kalomanni* de Regno *Apulorum* de *Caserta* ortum habent. Illi vero de *Sambuk* de Comitibus *Campaniae* ex *Frania* oriuntur. *Betse* vero & *Gregory* similiter de *Francia* generatio oritur; ex cognatione *Guilielmi* dicti *Cornes*. *Buzad* autem generatio de *Mesn* originem

H 4

nem

(b) *Hernistus*— propterea *Potb* fuit appellatus, quia internuntius erat, inter Imperatorem *Conradum* & *Andream* ac *Salomonem* Reges. *Potb* (*Bot*) enim Teutonice. Latine nuntius sonat.

(i) THWR. de *Aldenburg*.

(k) THWR. *Guthkeled*.

(l) THWR. de Castro *Stoph*.



nem trahit, nobiles de districtu *Wur-*  
*burg.* *Hermannii* siquidem generatio ex  
*Nuremberg* oritur, satis sunt nobiles,  
 cum Regina *Kisla* intrauerunt. Sed illi,  
 qui *Rodoan* & *Bagath* nominantur, eo-  
 rum generatio de *Boemia* ortum habet,  
 similiter & illorum, qui de *Lodan* sunt  
 vocati. Comitum vero *Simonis* & Fra-  
 tris eius *Michaelis* generatio, qui *Mer-*  
*tinsdorfarii* nominantur; diebus Regis  
*Emirici* filii *Belae* tertii cum Regina *Con-*  
*stantia* filia Regis *Aragoniae*, quae vxor  
 fuerat Regis *Emirici* honestis secum mi-  
 litibus, & familia decentissima introdu-  
 ctis in Hungariam pomposissime introi-  
 uit. Quia cum eorum generatio cum  
 quodam *Magno* Comite pro iustis &  
 certis causis continuo dimicaret, tan-  
 dem contra ipsum Comitem exercitum  
 congregans fertur dimicasse, vbi prae-  
 fatus *Magnus* Comes per *Simonem* Pa-  
 trem, scilicet Comitis *Simonis*, & Co-  
 mitis *Michaelis* ac *Bertramum* patruem  
 ipsorum captiuatus iugulatur. *Simon*  
 vero & *Bertramus* inimicitiam perinde  
 contrahentes cum Regina memorata  
 primi adeunt in Pannoniam. Quorum  
 quidem ingenuitatem experiens Rex  
*Emi-*

*Emiricus* laetanter excepit, latisque & amplis pheidis in diuersis Hungariae partibus noscitur inuestisse. Quia vero generatio saepe dicta in Regno *Ispaniae* plura castra possidet, vnum tamen ex illis existit capitale, quod *Boiot* nominatur. Vnde praefati Comites & eorum praecefiores primum descensum circa *Nergedsceg Boiot* vocauerunt. Generatio quoque eorundem in scuto aquilam ferre solet, quam alii, milites, Comites in *Ispania* deferre non praelumunt. Eapropter quidem, quod exercitum *Soldani de Tuniso*, qui *Maioricam* & *Minoricam* insulas per naues intrando, & classes occupauerant, ceteris militibus Regis *Arragoniae* deficientibus, eorum generatio fertur expulisse. Vnde Regis & communitatis militia decreto est statutum; quod priori signo, quod fuerat totum rubeum sine aliqua expressa figura in aquilam mutaretur. Adduxerat etiam Regina *Constantia* cum ea sororem Comitis *Simonis* & *Bertrami* nomine totam tam formosam & pulcherrimam, quod eo tempore vix in mundo sibi similis haberetur. Cui quidem virgini *Benedictus* Dux *Conradi* filius



cum villa *Meretinsdorf* pro dotibus ex parte *Emirici* Regis & Reginae *Constantiae* est coniunctus. Temporibus insuper *Stephani* Regis tertii introiit in Hungariam quidam miles *Gotfridus* nominatus de *Mlejnsi* regione, a quo egreditur generatio *Philippi*, *Ladislai* & *Gregorii* filiorum *Kelad*. Hic namque *Gotfridus* cum esset ingenuus filius, scilicet Comitis *Hersfeldensis* (m) in curia *Francuurtenfi*, ubi Caesar eligi debuit, seditione commota *Lantgrauium* de *Turingia* dicitur occidisse, & inde per fugam euadens ad Regem *Stephanum* peruenit fugitans, a quo etiam repetitur per suos inimicos. Cumque Rex *Stephanus* inimicis suis ipsum non traderet, in *Alamannia* contra eum proscriptionis sententia promulgatur & sic remanet inuitus in Hungaria. Quem quidem postmodum aduersus Ducem de *Bozna* cum exercitu Rex transmittit, quo deuicto ad Regem reuersus, cum fauore de cetero pertractatur. *Nyark* etiam de *Chakan* cum *Wenceslao* & *Iacobo*

---

(m) THWR, pag. 89. laudatae editionis: *Herford*.

*sobo* fratribus suis, de Ducibus Mora-  
 uiae habentes originem, Regni Hunga-  
 riae noui sunt incolae; affinitate *Belae*  
 Regi quarto coniunguntur. Intrauerunt  
 quoque temporibus tam Ducis *Geichae*,  
 quam aliorum Regum *Boemi*, *Poloni*,  
*Graeci*, *Bessi*, *Armeni*, & fere ex omni  
 extera natione, quae sub caelo est, qui  
 seruietes Regibus, vel ceteris Regni  
 dominis ex ipsis pheuda aquirendo, no-  
 bilitatem processu temporis sunt adepti,  
 quorum nomina comprehendere aestima-  
 ui in praesenti libro honerosa.

*De Vdwornicis.*

§. II.

Sed quoniam quosdam mouet, quid  
 sint *Vdwornici* castrenses. Alii conditio-  
 narii libertini, & mancipia, quibus fere  
 Hungaria est repleta; & vnde esse  
 habeant, praesenti opusculo apponere  
 dignum duxi. Factum est, quod cum  
 Hungari possessa Pannonia Christianos &  
 Paganos more gentium quosdam capti-  
 uos occiderent resistentes, aliquos ex  
 captiuis virtuosos ad praelium deducen-  
 tes



tes secum, aliquam ipsis portionem de spoliis erogarent; quosdam vero diuersis seruitiis mancipando in proprietatem circa sua tabernacula solerent conseruare, iidem captiui ex fructu animalium & praeda sola habebant vitam suam vt Comani. Mox vero vt fidem receperunt & baptismum Romana Ecclesia Christo cognito Duci *Geichae* & Sancto Regi Stephano dedisse dicitur firmiter in mandatis, vt spolia non committerent; captiuos Christianos deinceps relinquerent pristinae libertati, cum multi nobiles inter captiuos habeantur. Quia vero Regnum erat amplissimum & gentibus vacuatum, nec etiam communitas tota in hoc Apostolico assensum tribuebat, dispensatum est postmodum per Papam in hunc modum, quod captiui terras colerent, & ex terrae fructibus uiuerent, prout alii Christiani. Ideoque captiui terras non habentes propria uoluntate censum dare susceperunt, qualem Domini tribuerunt. Processu autem temporis fide roborata potiores Regni uiuere uolentes otiose, habentesque captiuos sine numero, non dimiserunt eos abire liberos, vt uolebat Apostolicus,

cus, sed Curiae suae famulantes ordinantur ex eisdem, quos patrio nomine *Vdwornicos* vocauerunt. Hoc enim obsequium licet eo tempore de suis captiuis plures Regni nobiles habuissent; *Kalomanni* diebus, filii Regis *Geichae* extitit reprobatum. Voluit tantummodo huiusmodi seruitia de captiuis suis ipse solus obtinere, & praelatos, quibus largitus erat de captiuis suis. Et ne communitas Nobilium reprobationem huiusmodi graue ferret, Palatino Regni, qui pro vtilitate Nobilium praeficitur, Rex suos *Vdwornicos* vti dedit. Sed quia Hungari noui Christiani graue habebant huius fidei, eo quod disuescere de spoliis eos oportebat, graues labores & honera suis captiuis imponebant, quod displicens Praelatis Apostolico super his sunt locuti. Audiens vero Apostolicus clamorem Praelatorum, scrutata vita laudabili Sancti Regis *Stephani*, de nuntiis, qui adherant, in talem vocem fertur prorupisse: *Ego, inquit sum Apostolicus, ille autem verus Apostolicus. Unde & Ecclesias Regni sui eius comitto arbitrio ordinare, captiuos per eundem redemptos ei tantummodo possidere.*



*fidere.* Propter quod omnes redemit, quos potuit ab Hungaris, inuenire; praeter illos, quos Regni Nobiles Ecclesiis dimiserant possidere. Ex quibus quidem ordinauit seruire suis castris obsequio leuiori. *Iobagiones* vero castrum sunt pauperes nobiles, qui ad Regem uenientes, terram eis tribuit, de castrum terris, ut pheyda castrum & castrum guerrae tempore custodirent. Alii uero conditionarii ex eisdem captiuis disponuntur, quos tandem *Kalomannus* Rex ad tantas maneries uariavit. Statutum etiam extitit per Sanctum Regem *Stephanum*, quod conditionarius, si se uellet redimere, centum *byzantiis* redimeret se & domum. Si uero esset sine coniuge & familia personam suam XXIV *byzantiis* uel seruitio tantundem compensante. Inuiti enim Hungari captiuos suos Regi redimere permiserunt. Compulsi quidem sunt per Sanctum Regem *Stephanum* ac Praelatos. Ex illis captiuis hic scribitur, & tractatur solummodo, quia ex gente Christiana fuere captiuati; de illis autem, qui de populo erant barbaro Papa nichil dicit. Vult namque sedes Apostolica, ut Pagani Christianis sint  
sub-

fubiectioni. Vnde illi captiui *Vheg* nominantur. Hos enim vniciquę Hungaro dimisit Ecclesia possidere & tenere.

*De Centesimis vel potius Caemento.*

§. III.

Si omnia Regum nostrorum *Decreta*, quae ad communem vtilitatem Regni, Procerum & Nobilium consensione rogata sunt, *α'υτ'ογρ'αφ'α* superessent, aut saltem vbi locorum delitescant, constaret, multa profecto, quae in edito iuris hungarici corpore dubia sunt & obscura, aut perperam substituta, vberiore luce perfunderentur. Erroribus enim tam crassis ac frequentioribus scatebat operis tripartiti *Werbötzi* prima editio (a) vt altera & tertia sublatis maximis mendis procurari debuerit. Sed cum multi erroribus tollendis operam impenderent; factum est, vt veteribus sublatis alios vel incaute praeterirent, vel novos non  
con-

---

(a) Vide *Memoriam nostram Hungarorum & Provincialium* Parte III. sub nomine *WERBÖCZ*.



consultis *α'υτιγφαΦοις* Decretis substituerent. Speciminis gratia veniam ad Wladislai II. Regis Decretum VII. an. MDXIV. editum. In eo, Articulo 3. bona & proventus ad Coronam regiam pertinentia recensentur, inter quae §. 10. omnes *Vigesimalae*, & *Centesimalae*, ac *Quinquagesimalae* partibus in eisdem Transilvaniensibus exigi consuetae memorantur. Quid autem nomine & voce Centesimalae male in corpus operis laudati illatae intelligendum foret, id multorum etiam praestantissimorum Transilvaniae ipsiusque Hungariae iurisperitorum ingenia mirifice exacuit. Placet mihi alicuius Docti Viri sententiam patefacere. Ita ille in epistola: Centesimalae inquit, nihil aliud sunt, nisi decimarum arendae; huius asserti ratio peti debet inde, quia arendae solutio, nihil est aliud, nisi decima pars decimarum, & hoc probari potest ex Articulis Diaetalibus anni MDXLII. Quia vero decimae ex decem gelimis debeant & soleant desumi, clarum est, quod decima pars decimarum ex centesima gelima (b) debeat exigi, quia  
decies

---

(b) *Gelima* vel *Gerima* Hungaris *Keresyt* vel *Kève* germ. *Ein Garbe, Bund Getreyde.* Gresn.

decies decem constituunt centum. Ante separationem Transilvaniae ab inclyto Regno Hungariae, est mentio de centesimis in Transilvania, quae nihil illud erant, nisi oblatio Nobilium ad intentionem Regiae Maiestatis, dum Transilvaniam intraret; tunc enim ex centum doliis vnum dolium vini; ex centum bubus pascualibus vnum dabant, & hoc probatur ex vniuersali priuilegio Transilvaniae anni 1324. XII. Kal. emanatis his verbis: Quod si nos, vel nostri successores in terram transilvanicam personaliter venire, vel adesse contingeret, tunc & non alias populi seu Iobbagiones eorum Nobilium, non plus pro vidualibus Regiae maiestatis opportunis, nisi de singulis centum currus, vnum dolium vini, ex centum vnum bouem pascualem, & vnam marham piperis & soffiani, seu croci dare teneantur. Haec Patrii Iurisprudentes. Apud Romanos vsura ideo sic dicta est, quod quolibet mense centesimum nummum mereat, id est duodenos asses annuos, in qua est opinione Bud. in annot. ad Pand. Alii vero credunt, ideo dici centesimam, quod centesimo mense

I for-



fortem aequaret (cuius menstrua quantitas centesima fortis principalis pars est. Briss.) Quae opinio fuit Accursii, & quorundam, qui hunc sequuti sunt. Eaque opinio recidit in eandem cum priore. Vt puta in centum aureos in singulos menses vnus aureus, id est centesima pars, vsura centesima est: Eadem centesimo mense aequat fortem. Cum enim centum mensibus vnoquoque mense vnus aureus praestitus fuerit, efficietur ad extremum summa centum aureorum, quae principalis fors fuerat, vid. Briss. 4. lect. antiq. Quod autem dicimus centesimam esse partem fortis in singulos menses, ac non in singulos annos, referri debet ad morem, & rationem veterum in foenerandis pecuniis, & promittendis constituendisque vsuris sicut a Bud. annotatum est in annot. ad Pand. Vsuras enim in singulos menses stipulari solebant, non in singulos annos, vt indicat L. lecta, si cert. pet. Horat. L. I. sermon. sat. 3.

- - - paulum deliquit, amicus?  
 Quod nisi concedas, habere insuavis:  
 acerbus

Odi-

Odisti & fugis, vt Drufonem debitor  
aeris :

Qui nisi cum tristes misero venere Ca-  
lendarum &c.

Ex quo Calendarium dictum est liber  
rationum a Calendis &c. Centesimae  
autem duorum generum erant. Ali-  
quae enim perpetuo foenore ducebantur,  
& duodenos quotannis nummos  
merebant. Alterae centesimae cum re-  
nouatione foenoris anniuersaria duce-  
bantur, quas vsuras vsurarum appel-  
lant. Vtrarumque meminit Cicero &  
harum maxime ac luculentissime Lib.  
V. Epist. XXI. ad Atticum. Interim  
(ait, ) cum ego in edicto tralatitio  
centesimas me obseruaturum haberem,  
cum anatocismi anniuersario (a) ille ex  
I 2 fyn-

---

(a) Cum anatocismi anniuersario scilicet incre-  
mento, hoc est, quidquid vsurarum non  
soluissent, id singulis annis subduceretur,  
& forti adiiceretur. *Ανατοκισμὸς* enim est,  
cum vsurae non solutae forti apponuntur,  
& in sequentem mensem vel annum velut  
fortis portio, & ipsae vsuras pariunt.  
Graev.



fyngrapha postulabat quaternas. (b) Illarum vero meminit Plinius ad Traianum his verbis: „ Pecuniae vereor ne otiose iaceant, nam & praediorum comparandorum aut nulla aut rarissima occasio est: nec inveniuntur, qui velint debere Reipublicae, praesertim duobus assibus, quanti a priuatis mutuuntur. Duodenos nummos appellat duodenos asses. Est ergo ex foeneratorum consuetudine is loquendi modus. IC. Centesimis Calendis dare spondes? — Item dictio Calendaria, qua solet IC. vti cum foeneratorum rationes describit, & qua etiam vtimur appellantes libros rationum, calendaria. Et eo modo loquendi centesimis calendis dare spondes? ea ratione stipulationes concipiebantur, quod calendis foenora exigebantur. Centesimae autem calendae octo annos & menses quatuor complectuntur, vt Alciatus singulariter monuit Cap. 23. parerg.

---

(b) *Quaternas* Quaternae centesimae sunt, cum quatuor nummi menstrui pro vsuris in centum poscuntur, qui quadraginta octo in annum faciunt. Graeuus.

parerg. Non tamen hinc id genus vsu-  
 rae appellatum centesima, dictum est,  
 quod centesimo mense expleret fortem  
 (tametsi id quoque verum esset) sed  
 quod pro centum librarum forte singu-  
 lis mensibus libram vnam vsuram pare-  
 ret, hoc est duodecim libras singulis  
 annis. At satis de centesimis. Iudi-  
 cent interim viri docti de iis, quibus  
 non omnes vnum eundemque assensum  
 praebuere. Redeo ad scopum meum:  
 Vox igitur centesimae, quo auctore  
 Corpori Iuris illata sit, & plusquam  
 quinquaginta supra ducentos annos in  
 variis editionibus iterata & conseruata,  
 penitus ignoratur. Mirum tamen! cum  
 ipsum *αὐτοῦσαρον* Decretum vocem *Caes-*  
*menti* complectatur, quod in Transilua-  
 nia in Conuentus B. M. V. de Kolosmo-  
 nostor Archiuo Claudiopolim translato  
 conseruatur. Huius rei notitiam incre-  
 dibili humanitate ac beneuolentia mihi  
 patefecit Illustrissimus Dominus CAROLVS  
 IOSEPHVS FRITZ de RVSTENFELDT Im-  
 perialis ac Caesareo-Regiae Camerae  
 Aulicae Consiliarius & Referendarius,  
 litterasque ad se datas ex Transilvania  
 Viennam mecum liberalissime communi-



cavit, quas lectorum oculis hoc loco subiicere, ut omne dubium euanescat dignissimum duxi :

*Illustrissime Domine Consiliarie*

*Domine mihi gratiosissime !*

**E**a, qua par est, veneratione percepit Illustrissimae Dominationis Vestrae litteras quas sine tollendae dubietatis ratione verborum *Centesimae* corpori iuris taliter illati, & *Caementi* in articulis, siue Decreto *Wladislai* Regis nupera occasione in paribus submissis, contenti, subortae gratiose ad me exarare dignata fuerat. — Communicato proinde cum Dominis *Archiui* huius Re-

qui-

quisitoribus negotio eosdem articulos, siue Decretum Wladislai Regis reasumimus, quorum §. quarto modo praeuio submisso citra omne dubium rasurae, aut correctionis suspicionem manifeste comperimus non *centesimam*, sed *caementum* haberi, in verbis ibidem contentis: *ac omnes vigesimae, & caementum, ac quinquagesimae partibus in eisdem &c.* — Vtrum vero Decretum hoc in Conuentus huius Archiuo asseruatum, sit ipsissimum originale? Id super eo Illustrissimae Dominationi Vestrae demisse significo, quod sit in pergameno conscriptum, eiusmodique litterarum ducturis, & figuris in fine potissimum adornatum, quae originalibus solent adhiberi: Praeterea Zona sericca albo, caeruleo & rubro coloribus variegata pro impendenti sigillo ei-



dem accommodata eo modo, quo originalibus accomodari solebat, etiamnum in maiori parte exstat, ibi solum lacera, vbi sigillum impendens potuit exstitisse. E quibus merito concludi potest, hocce decretum esse & fuisse originale. — Operiar idcirco gratiosa Illustrissimae Dominationis Vestrae iussa, num Decreti huius dictum paragraphum aut vniuersum Decretum transfumi curem, ac authentica forma extradari faciam, qui interea quoque Illustrissimae Dominationis Vestrae gratiis commendatus in assidua veneratione perseuero

*Illustrissimae Dominationis Vestrae*

*Claudiopoli 14 Decemb.*

1771.

*Humillimus Seruus*  
Michael Benkö.

Haec Epistola abunde indicat vbi genuinum Wladislai II. Regis Decretum Anni MDXIV. lateat? Quid impellere potuerit ad substituendam *Caementi* loco vocem *Centesimae*. Credo vicinarum vocum significationes *Vigesimae*, *Quinquagesimae* hunc errorem pepererunt. Caementum inter Regalia referendum esse patebit, si ipsius significatio ex libro Regio eruatur.

*Caementum factum die 12. Augusti*  
1532.

Album aurum M. 471 P. 12  
constat. fl. - - - 24349 gr. 12.  
Finum aurum M. 366 P. 36  
--- - - - 25306 --- 33.  
Aurum ex granis collectis M. --- P. 19kr. 22 -  
- - - - - 24 --- 41.  
I 5 Au-



Aurum ex ar-  
 gento Caemen-  
 ti separatum M. 3 P. 26 kr. 18  
 - - - - - 180 --- 45.  
 Lucrum in auro facit fl. 1162 gr.  
 - - - - - 35 d. 48.  
 Argentum ex luto caementi conflatum  
 M. 55 P. 38. per florenos septem sin-  
 gulam Marcam computando faciunt  
 fl. 390 d.  $\frac{1}{2}$   
 Summa lucri tam ex auro quam ex ar-  
 gento facit fl. 1553 d. 1  $\frac{1}{2}$ .

Sequitur exitus, ex quo excerpo  
 solum eas partes, in quibus vocabulum  
*Caementi* continetur.

Ciuibus Colofuarienſibus  
 in fortem trium millium fl. ex  
 argento Regiae Maiestatis,  
 quod ex lucro caementi pro-  
 ueit M. 10 P. 37  $\frac{1}{2}$  singu-  
 lam marcam ad fl. 7 compu-  
 tando faciunt fl. - - 75 d. 4

Ligna

Ligna grossa id est caementaria ad caementum faciendum disposita fl. - - 4 d. 4

Figulo pro ollis caementi 900 & cooperculis soluti fl. - - - - 5 d. 20

Custodibus ignis in fornace caementaria in subsidium datus fl. - - - - 1 d. 3

Camerarius ad vinum & cibum toto tempore quo caementum est laboratum. Item ad candelas aliaque ac diuersa parua necessaria emenda exposuit fl. - - - - 7 d. 86

Plumbum Cent. 10. fingulum a fl. 2 d. 20 ad separandum argentum ex luto caementi emtum fl. - - 22 d.

Ex



Ex plumbi Cent. 10 ad  
futurum caementum restant  
Centenarii 2  $\frac{1}{2}$ .

Sufficit iam plura exempla adduce-  
re, ex quibus innotescat, quid nomi-  
ne *caementi* intelligatur? cuius signifi-  
cationem quilibet rite adsequutus in  
locum vocis Centesimae substituendam  
iudicabit; cum Caementum semper in-  
ter Regalia locum habuerit, Centesi-  
marum usus vix ac ne vix quidem apud  
Hungaros & Transiluanos viguerit.



BIBLIOTECA „ASTRA”  
SIBIU

Lei 19,75





